EPVLTO Herode libera vt in defunctos solent iudicia populi depromebant: graue fuisse illũ & intolerabile: iniusta imperia in ciues exercuisse: tyrãnum nõ regem suoꝝ: parricidã domesticũ: expilatorẽ publicũ: nemini quicq̃ dereliquisse: tributis exhausta oia: locupletatos alienigenas: Iudæos exinanitos: qui tẽplo hostẽ induxerit: ſacta oia ſacrilegio cõtaminarit: beatos qui defecissent cũ tormẽta viuẽtib⁹ non deessent: plura malo: Iudæa post depulsam captiuitatẽ in paucis ãnis sub Herodis imperio ptulisse q̃ in ipsa captiuitate sub hoste barbaro sustinuerit: cũ sibi Babyloniorꝝ reges imperitarẽt: sub illis tolerabiliora exilia q̃ sub Herode domesticũ domiciliũ: ab illis ad sua remissos: ab hoc fugatos: immitiorem Dario: Artaxerse superbiorem: Medis rapaciorem. Sperasse finem malorum: vt sibi exire liceret exilio: si diem declauderet: sed accessisse ad seruitutis miseriam Archelaum spontaneũ successorem: qui & Herodem referret: & noua adderet: miserũ hoc in regnis esse ꝙ domin⁹ eligeret: miseri⁹ ꝙ inuitis imponeret. Solatium seruitutis videri: si ipsi sibi dominũ eligant: eo ꝙ fiat benignior si deferat imperiũ: superbior si vsurpet. Lõge itaq; Archelaum Herode intolerabiliorem futurũ: cum iste assumpserit regnum: ille acceperit. Ea non solum crebro in Iudæa conferebant: verũetiam Romæ assistente Archelao: peroranti⁹ accusatorib⁹ obiecta apud Cæsarẽ senatũq; vbi de regno Archelai cõfirmãdo in os abrogãdoq; diu decertatũ. Deniq; cũ in templo Apollinis qd Cæsar condiderat: multisq; ornatib⁹ venustarat loc⁹ esset cognitioni datus Salomes filius Antipater: illa quæ supra diximus: & multa alia dicendi valid⁹ prosequebat: mirari se ꝙ Archelaus quasi petendũ a Cæsare regnum prætenderet: cũ vsurpatione temeraria iamdudũ intra Iudeam inconsulto Cæsare regem exercuisset. Quid enim sella aurea: allatumq; diadema: nisi regni forent insignia: Quo spiritu præsumpserit sedere super thronũ regium: de sublimi solio salutare plebem circũfusam: stipantib⁹ armis militarib⁹: more quodam & vsu imperatorum promi diadema: quod Cæsaris iudicio seruari oportuerat: non solũ pro potestate Romani imperii: sed etiam pro iure testamenti. Herodem enim nec præripere potuisse Cæsari vel senatui: q d ipse vel a senatu accepisset: vel a Cæsare recepisset: & superiore testamẽto expressisse satis pprię indiciũ voluntatis: quo Antipã succedere sibi in regnum sensu integro ac perpenso consilio declarauerat: & postremo omnia Cæsaris iudicio reseruasse: q̃uis soluto iam corpore anxius supremo periculo: nec vllius iam sensus aut consilii capax dictauerit non qd arbitrabatur: sed qd ingerebatur. Præceptorem igit imperii de se ipso pronuntiasse qd non meretur tuo Cæsar iudicio in regnum substitui. Nam si meritorũ suorum conscius foret: petere potius q̃ eripere maturauisset. Non petendo autem sed vsurpando quæ in petitione consisterent etiam in pecuniariis negociis nedũ diuitiarũ. Deniq; Fabatũ illum Romanę rei moderatorem & intimũ Cæsaris tibi cepi & a Silleo ingenti ambitus pecunia: vt impugnaret. præiudicare solere: vt præposteri litigatoris cedat causa: hic vero non pecuniarum quęstum in crimen vocari: sed imperii Romani violatum ius reuerentiã: despectam: spretã potestatem: indignũ æstimatum Romanæ curiæ senatũ qui soleret regnũ dare atq; eripere: & cũ Cęsare vetustã cõferendi impii seruaret prærogatiuam. Quid facturũ esse cũ regnare legitime cœpisset: q ante regnum insolẽtissim⁹ necasset plurimos: q opẽ fessis reb⁹

Antipater

& tributorum alleamentum popoſcerãt reme dium po ſtulantib⁹ bellũ inrogatũ: interfecta nouem milia Iudæorꝝ in ipsa venerabili apud suos paschæ celebritate pro pecudib⁹ homines immolatos: sacratorꝝ qui ad templi festa conuenerant sanguinẽ fusum spectaculũ miserabile si quis cęsorꝝ strage m recenseat Babylonios reuertisse arbitraret: q̃to crudeli⁹ a ciue cõmissa quę in hoste barbaro plena immanis sæuitiæ atq; impietatis æstimarent: Hanc sportulã ciuibus datã hoc sacrificio Archelaũ regni sui primordio cõmendauisse. Debere misereri Cæsarẽ senatũq; reliquiarũ Iudæę: quę quondã liberis fulta populis seruitutẽ optaret: si modo tolerabilem liceret perpeti sub rege iniusto longe illũ abesse a iure imperitãdi. Siquidẽ apud Iudæos nulli regnũ competere: nisi ei qui esset ex generatione Iudæ: sicut lex diceret. At vero istũ Idumeũ genere: quẽ nulla psa pię regalis origo cõtingeret irrepsisse in honorẽ indebitum. Siquidem cũ Antipater sibi atq; Archelao fuerit au⁹ præstans diuitiis, cæterisq; artib⁹ potẽs: & maxime Romanorꝝ amicicia: Cæsariq; seniori bello pbat⁹: cũ posset sibi regnũ asciscere: nũq̃ tamen affectauerit: quinetiã defendere aliis maluerit q̃ sibi parare: meritoq; illũ habitum vt parentem optimum: qui Iudeam in libertatem vindicauerit vulneribus suis: nec in seruitutem deduxerit Herodem Antonii testimonio: qui paternus sibi hospes fuisset in regnum aspirauisse: ex illo Iudæorum res imminutas: egisse vt hostem: nõ vt rectorem. Cum igitur ipse etiam adulter regni fuerit: quomodo potuisse ab eo legitimum regem creari: nõ deprecari tamẽ quominus sub regno sint: se poti⁹ sub Romano agere: cui⁹ sibi gratiam iaminde a Machabeis partam tantum per vsurpationem regni postea degenerauerũt: vt multo inferiores sint aduersum quos Romanã petierũt societatẽ. Deniq; orare sese vt eadẽ cõditiõe Iudęa qua Syria pfidale iudiciũ a nobis adipiscẽ: quo deuotionis nostræ det experimentũ vtrũ qui seditiosi ac rebelles vocamur: possim⁹ moderatis iudicib⁹ obtẽperare. Aduers⁹ ea Nicolaus p Archelao respõdens inquietissimã nationem insolẽtię suę asseruit pœnas dedisse: ne hinc potissimũ Archelaus inuidia inexcusabilis criminis accerseret: si per seditionẽ pacem turbarẽt: atq; a romanorꝝ societate animis atq; armis discederent: de testamenti autẽ prælatione quis dubitaret: cũ & posteri⁹ præferri soleat superiorib⁹: & hoc multo validi⁹ cęteris videri debeat in quo Cæsari confirmandi regalis iudicii seruata sit prærogatiua: quo cumulata poti⁹ q̃ immunita Romani nois reuerentia sit: si & a vobis Cęsar nõ præripiat regib⁹: qd priuatis licet: vt eorum valeant testamenta: & quẽ potissimũ sibi cupiant succedere vltimo scribant stilo: atq; ab illis iteꝝ ea vobis honorificentia seruet: vt confirmatio iudicii a vobis petat: & is succedat: quem pater elegerit vos pbaueritis. Quando igit magis sapuit Herodes cũ tibi Cæsar seruauerit prerogatiuã, an quando præteriit? Vbi Antipas substituit: Cæsar præterit? Vbi Archelaus subrogat: Cæsar ascisciť: sine firmamento nulla res stabilis. Diuino itaq; iudicio vbi iustitia deerat: vel simulationi: vel voluntati firmamentũ defuit. Vbi autẽ æqtas examini suppetebat robur quæsitũ ut iudiciũ confirmaret. Considera igit vtrũ fecerit iniuriam qui te elegit: aut si rescindi debeat: qd te arbitro sanciẽdũ reliquit rerũ oim domino: cui iure etiam reges cedunt potestate. Qui enim sciuit quem elegerit ad confirmandũ: sciuit vtiq; quem eligeret ad improbãdũ: nec in successore falli potuit: q non est falsus in confirmatore. Nam qui arbitrũ cõstituit te cognouit vtiq; talẽ successorẽ sibi cõstituendũ q tibi quẽ cõstitueres nõ displiceret. ¶ Auditis partib⁹ Cæsar sententiã distulit: deinde collato cũ senatu consilio: Archelaũ genti præposuit: vt fungeret rectoris munere: non regni honore. Spopondit tamen & regnũ datur: si se ita gereret: vt probaret. Iam enim tentamenta dissensionis israhelitici populi nũtiabant. Tetrarchas duos constituit Herodis filios: Philippũ & Antipam: qui cum Archelao de regno certauerat. Herodis sororꝝ cui nomen Salome delegatũ seruauit: etiam alia ipse adiunxit. Duabus quoq; filiab⁹ Herodis mille talenta quæ sibi relicta erant dispertienda arbitratus: addidit etiã alia sexcenta milia: & ea Feroræ liberis sociari censuit.

Ca.II.

INterea quidam exiuuenib9 simulans se Alexandrũ: & propter misericordiam a quib9 necandi mun9 ab Herode patre mandatũ foret: subrogatis aliis in locũ suum cũ fratre se Aristobolo dimissum Miletũ petiit: & inde Romam quo difficili9 apud incognitos cognosceret. Vbi facile Iudæos ad rerũ nouitatem promptissimos excitauerat: nisi cõperto eo Cæsar ad se eũ perduci ocyus per Geladũ quendam qui Alexandrũ plene nouerat ꝓcepisset. Gelad9 vbi iuuenem vidit: similitudine deceptus hæsitauit. Sed reliqua perspiciens indicia nõ cõuenire quęsiuit vbi erat Aristobol9: at ille in Cypro insula degere asseruit: cauentẽ insidias: eo ꝙ coniũcti inter se fratres facili9 extinguerent. Deinde ad Cæsarem deduct9 aperuit illico impunitate promissa fretũ se specie similitudinis ꝙ esset Alexander simulauisse: vt innumerabilia munera quasi regis fili9 a Iudæis consequeret. Cæsar dolũ risit: sed & ipsũ immunẽ dimitti iubet: & eos qui vltra priuatũ modũ quasi regis filio detulerãt: satis multatos esse pronũtiauit: ꝙ superfluis sumptibus infinita dispendia tolerauissent. Archelaus autẽ profect9 in Iudæã propter obscœnitatẽ morũ & insolentiã accusat9 apud Cæsarẽ: cognita inter partes causa: Viennã relegat: opesq; ei9 thesauris Cæsaris associatæ: hoc merito pretiũ luit: qui nec a fratris sui germani coniuge suas cõpresserat cupiditates. Nam vbi Alexander obiit: patris imperio neci tradit9: Glaphira vxor ei9 Archelao rege Cappadocũ genita: quẽadmodũ supra memorauim9: Libyes regi Tybę secũdis est copulata nuptiis. Quo defuncto reuertit ad patrẽ: illic eam contemplat9 Archelaus ꝙ fratrẽ mariti filioq; patruũ haud quaq; pie refugiendũ arbitrareť ita deperire cœpit: vt vxorem deiiceret Mariamnẽ: & Glaphiram in locũ illi9 substitueret. Non multo post vbi mulier in Iudæam rediit: vidit in somnis Alexandrũ: & cõplecti desiderauit. At ille indignanti similis a cõplexu refug9: visus est dicere. Hęc est Glaphira promissi fides! Ita amores erga te seruasti meos: quorũ memorẽ te esse oportuit! Sed esto adolescentula: secũdas nuptias nõ refugeras: etiã ne tertias: etiã ne fratrẽ mariti. Ita mea delectauit iniuria: vt in meam domũ tertio nupta coniugi: remeare non erubesceres. Sed mihi curæ ne diuti9 maneat contumelia mea: contagioq; tua: nec longũ lætabit fratrũ incest9 matrimonii. Exurrexit mulier & familiarib9 narrauit somnũ: atq; ipsa biduo post defuncta: fidẽ fecit: ꝙ huiusmodi coniugia nec virorũ legib9 impunita sunt: nec mortuoq; voluntatibus.

Gelad9

Cap.III.

IPse quoq; Archelaus vidit in somnis spicas nouẽ plenas & magnas a bob9 vorari. Cui quęrenti respondit interpres: Nouẽ spicis nouẽ annos signari quib9 potestate vsus sit maxima & amplissima. Nono itaq; anno impii sui mutationẽ eidẽ fore: eo ꝙ boues q arua aratro soleãt interuertere: mutationẽ figẽt laboriosam: q̃ deuoret atq; absorbeat merita supiora. His itaq; cognitis qnto die venit a Cæsare q eũ ad iudiciũ Romã deduceret. In quo cõdẽnat9 & actus in exiliũ etiã morte impleuit somniũ suũ. Principat9 gẽtis q ad Archelaũ ꝑtinebat cõuersus in nomẽ puiciæ: quo noĩe romani cũ in ius suũ vincẽdi redigerẽt ꝑcul positas regiões ꝑuincias appellauerũt. Manserũt trĩ tetrarchę vt erãt Philipp9 & Herodes mutato vocabulo qa Antipas pri9 nũcupabať: Nã Salome moriẽs: loca q̃ tenuerat: ꝑtãtẽ suę gẽtis Liuię vxori Cęsaris dereliq̃rat. Is stat9 erat Iudæę qñ Cęsar mortu9 est: reliquẽs tiberiũ priuignũ suũ Liuię vxoris filiũ ex supiore genitũ cõiuge successorẽ Ro. ꝑpii: cui9 ĩ honore Tiberiadẽ Herodes cõdidit. Philipp9 quoq; Lybiã vrbẽ matris ei9 vocabulo nũcupandã putauit. Et qa ꝓpositũ nobis ẽ apire cãs qb9 ppl's Iudęoq; a rõano ĩpio desciuerit: sibiq; exitũ accelerauerit: Pilatũ puicię ꝑsidẽ initiũ ruinę dedisse res indicat: qñ Cęsaris imagies Hierosolymitanis ædib9 inferri prim9 oim nõ dubitauerit. Quo mot9 ppl's cũ resisteret: atq; ille recipiẽdas imagies cẽseret: plimos ĩ mortẽ coegit. Dũ hæc ĩ Iudęa gerũt: Agrippa aristobuli fili9 romã ad

Antipas dicit Herodes.

uenit: cupiens aduersus Herodem tetrarchen: apud Tiberiũ iudicio contendere: sed despect9 a Tiberio quũ Romæ degeret: pluri mos sibi asciuit ad amicitiam: & maxime Germanici filiũ Caium: quem siue paterni nominis gratia amabilem populo: seu regii generis propinquitate proximũ imperio ratus: an quodam præsagio studiosi9 excolebat: q̃ vel ætatis: vel honoris ei9 ratio patiebať: ita vt quodam die man9 eleuans deprecareť: vt maturi9 Tiberio mortuo Caiũ videret imperatorem. Quo prodito per Euthicũ libertũ suum Agrippa iussu Tiberii in vincula ducit: & grauib9 modis excruciať: non ante dimissus q̃ Tiberius diem clauderet. Cui9 tempora fœda ludibriis: caprarũq; secessus: ignauia intolerabilis. nullũ tamen efficacis virũ operis: in necem ei9 excitauerũt: recentis vt arbitror Romani imperii reuerentia: siue terrore sæuissimæ crudelitatis: quia plærũq; asperitas quo grauior: eo tutior est.

LO imperitante: famosum ludibriũ Paulinæ spectatissimi generis fœminæ Romæ percelebratũ est. Quæ quũ egregiam castitatis famam apd omẽs haberet: esset autem spectatissimi decoris & eminentis gratiæ: tẽtata Mundi equestris militiæ ducis interpellationib9: nec inflexa vitio nimiæ superstitionis patuit errori. Namq; subornatis Isidis sacerdotib9 qui velut Anubis ad eam mãdata perferrent: ꝙ eam ad templũ inuitaret: delectatũ se ei9 sedulitate & pudicicia: noctem posceret habere se: quod eidem secreto vellet committere. Quod illa accipiens lęta ad maritum detulit deũ suis adesse votis: ab eo suam posci præsentiam: negare se non posse obediẽtiam. Itaq; & ex sua: & ex mariti sententia pergit ad templũ Isidis: noctem exigit: remotisq; pcul arbitris: quasi sacri cognitionem mysterii perceptura: sese stratis composuit suis: æstimans ꝙ ad eam deus suus in somnis veniret: & per visionẽ sese eidem demõstraret. Verum vbi aliquid noctis processit: quo facili9 mulier plena somnii deciperet: Mũdus assumpto vultu Anubis habituq; aduenit: vestimenta alleuat: in oscula ruit. Expergefactæ mulieri Anubem se esse dicit: vultũ Anubis prætendit: illa deũ credidit: beatam se asserit: ꝙ eam dignat9 sit visitare domin9 de9 suus. Amplexũ petenti non negat: refert tantũ vtrũ deus possit homini misceri. Ille promit exempla: ꝙ & Iouem summũ deoq; Alcmena susceperit. & Lęda cuiusdam concubitu potita: & plurimæ aliæ quę ediderint deos partu: de se quoq; & illa deũ esse generandũ persuadet: mulieri concubitu misceť: redit ad maritũ lætior: dicens ꝙ mixta deo sit mulier: & ei9 promissu deũ esset generatura. Fit ingens in stupro mulieris mariti gaudium. Postea occurrit Mund9 & ait mulieri. Beata Paulina concubitu dei. Magnus deus Anubis cuius tu accepisti mysteria. Sed disce te sicut diis: ita & hominib9 non negare: quib9 dii tribuant qd tu negaueras: quia nec formas suas dare nobis: nec noia dedignanť. Ecce ad sacra sua deus Anubis vocauit & Mundũ: vt tibi iungeret. Quid tibi profuit duritia tua: nisi vt te. XX. miliũ quæ obtuleram defraudaret cõpẽdio! Imitare deos indulgentiores: q nobis sine ꝑtio tribuũt qd abs te magno ꝑtio impetrari neqtũ est. Q̃ si te humana offendũt vocabula: Anubẽ me vocari placuit: & nominis hui9 gratia effectum iuuit. Hoc perstricta sermone mulier: illusum sibi intellexit: & dolens iniuriã pudicicię: confessa est fraudẽ marito. Ille nihil habẽs qd vxori indignaretur: cui ipse cubandi in templo potestatẽ pmiserat: & cõsci9 coniugalis castimoniæ: principi querelam detulit. Qui mot9 potentis viri contumelia: atq; atrocis flagitii cõmento: sacerdotes e tẽplo rapit: quęstioni subiicit: cõfessos necat: simulacrũ Isidis Tiberi demergit: Mundo fugiendi potestas concessa eo ꝙ vi amoris & formæ superat9 gratia: leuiorib9 commissoq; suorum pretiis multatus æstimaretur.

Mundus.

Ca.IIII.

QVod igitur ludibrium imperitante Tiberio acciderit: non putaui pretereũdum: vt ex eo deformitas colligatur imperatoris. Sicut enim boni principis vita: ꝑbitatis q̃dã ꝑscriptio & per vniuersos viuendi forma est: ita imperatoris colluuio lex flagitio

Pylatus.

rũ est. Ab eo missus Pilatus est in Iudęã vir improb⁹ & in modico ponẽs mendaciũ: circũuenit
CHRIST⁹. Samaritanos: vt montẽ cui nomen Gadir peterẽt. Erat em̃ illis sacrat⁹: eo q̃ vellet eo⁹ myste
ria cognoscere. Et ascẽdẽs populũ p̃uenit: eqtatu pedestrique exercitu strauit afflicto crimine: q̃
a Romanis discedere: & conciliabulũ sibi quærere præparassent. Quid em̃ non auderet: qui
etiam Christũ dominũ ad salutẽ humani generis aduenientẽ multis & diuinis operib⁹ pfun
dentem in homines misericordię suæ gratiã: nihilq̃ aliud dicentẽ: nisi quo primũ deo: deinde
imperatorib⁹ faceret populos obedientes crucí suffixerit. Demẽsq̃ qui minister esset sacrilegi fu-
roris: vt interficeret autorẽ salutis. Ex illo itaq̃ iudæo⁹ res perditæ: ex illo exitiũ genti templo
q̃ maturatum excidium. Nã si Herodes qui Ioannẽ neci tradidit: perfidiæ & crudelitatis suæ
Ioannes. pretiũ luit: deiect⁹ regno: atq̃ exilio dat⁹: quanto magis præcipitib⁹ furiis actũ intelligi datur
Herodes. eum qui Christũ occiderit? Quę causa autem fuerit mortis Ioannis breuiter expediã. Philippũ
& Herodem qui prius Antipas dictus est: germanos supra ostendimus. Vxorem Philippi He
rodiadem quam Herodes illicito ac nefando sibi sociauit iure matrimonii. Non tulit hoc Ioã-
nes: & ait illi. Non tibi licet vxorem habere fratris tui. Tum ille commot⁹ in carcerem detru-
sit Ioannem. Nec multo post necauit virũ iustũ & constantem: diuinæ legis executorem. Nõ
solũ enim quasi prædicator euangelii fratrũ cubilis incestũ repræhẽdebat: verũetiam quasi le
Ca. V. gis executor: præuaricatorem legis condemnauit: qui fratris vxorem viuentis eripuerat: præ
sertim habentem semen de germano ipsius. Hinc excitata Iudęo⁹q̃ fere omniũ in Herodẽ odia
& pœna accelerata. Cui⁹ auctor Herodias videns Agrippam plurimũ præualuisse apud Cæ-
sarem: compulit eũ Romam pergere. Quo sibi imperatoris gratiam conciliaret: obiectans de-
sidię contumeliam: q̃ fugitans laboris dũ moratur domi indignos sibi pateret anteferri. Nam
quũ Agrippa ex priuato rex factus sit: quanto magis ip si iamdudũ tetrarchæ quo regnũ cõ-
ferat Cæsarem non dubitaturũ. Itaq̃ mulieris opprobria nequaq̃ sustinẽs: Romam profect⁹:
dum Caii amicitiam petit ab Agrippa accusat⁹ etiam tetrarchiam amisit: quam a Iulio Au-
Tiberius gusto acceperat: & fugitãs in Hispaniã vna cũ vxore Herodiade mœrore animi cõsumpt⁹ est.
morit.



Ortuo quoq̃ Tiberio Caius successit: qui dominũ se & deũ videri atq̃ ap-
pellari volens: causas dedit Iudæis grauissimæ seditionis: ac nisi pperato fi
ne imperium clausisset: Iudæo⁹q̃ genti finem fecerat maturiorem. Non so-
lum enim ab illicitis non reuocabat eos: verũetiam missis in Iudeam: vlti-
ma supplicia minitabat: nisi oia aduersũ ius & fas religiõis armis patrarẽt.
Plurimũ ei⁹ potuit impio Agrippa: sed dũ vellet muro ãbite maximo Hie
rosolymã: vt Romanis fieret inexpugnabilis (p̃uidebat em̃ imminentẽ ruí
nam) morte præuent⁹ op⁹ imperfectum reliquit. Nec minorem potentiam exercuit imperitã
te Claudio: ipsius quoq̃ primitiis interfuit cũ qa Caio perempto ipse a militib⁹ assũpt⁹ in im
periũ resistente sibi senatu regni tędio Agrippam legatũ direxit: quo interprete præmissa mo
Ca. VI. deratioris imperii definitam gratia pax conuenit in locũ Agrippæ patris Agripa filius eius a
Nero im- Claudio Cæsare rex subrogat⁹ est. ¶ Ipse quoq̃ Claudi⁹ exactis trib⁹ & decem annis: cũdefice
perator. ret Neronẽ Romano impio principẽ dedit: captat⁹ vxoris Agrippinæ persuasionib⁹: quæ tan
tũ fraudibus valuit: vt filiũ imperatoris Britannicum designatũ sucessorem ipso iure naturæ
principat⁹ exortem redderet. Cui⁹ artis mox pœnituit eam: quia dũ ex se genito cõsuluit prin
cipi suum negauit ignara: q̃ elatus imperio: nec matrem agnosceret: atq̃ in exitiũ eius benefi
cii mercedem inuerteret: idem tamen Octauiani Claudii filiam coniugio tenebat: præpostero
ordine gener filio plat⁹: qa mala reipu. pponderabãt: cui debebat parricida sacrileg⁹: incest⁹:
vt in eo crimia nõ vlla bonę artis merita regnarẽt. Tali ipatore seu morũ intuitu atq̃ ignauiæ
cõtemptu: siue qa Iudęis ob grauia sacrilegia a uerso p̃sidio dei sũmi vltimũ excidiũ pparabat
erupit in seditiões graues: latrocinia: discessiões eo⁹q̃ isolẽtia: quos p. XX. ãnos Eleazar⁹ prin

ceps latronũ grauissime depopulatus aliquando tamẽ captus a Felice qui Iudęę præerat: Ro
mam directus graues pœnas dedit. Nec sic quidem graui cæsorum numero infractus est po-
pulus Iudæam inhabitantiũ: sed in ipsis Hierosolymis aliud latronum pullulauit genus q̃ vo
cabant̃ sicarii: non iam secretis abditi: nec tenebris nocturnis insidiantes sine aliquo præsidio
cõmeantibus: sed luce diei atq̃ in medio vrbis & turbæ stipamine percutiebant quoscunq̃ p
pius accesserant breues manu gladios gerentes conferto populo permixti vbi adhærentem fi
xerant cadebat imprudens cæco vulnere: vt querelam mors præueniret fun⁹ in promptu: sed
percussor latebat & si quis cõmot⁹ fuisset alieno vulnere propior suo factus erat cæsorum por
tio. Ita vel periculi metu: vel dissimulatione facinoris: sicarius non deprahẽdebat. Tanta erat
insidiantũ velocitas & celandi ars. Occidit̃ sacerdos Ionathas: addebant̃ multi quotidie: gra-
uiorq̃ metus viuentiũ q̃ crimina interfectoro⁹. Quasi ad pugnã sic quotidie vnusquisq̃ progre
diebat̃: grauiore tñ conditione: quia hostis præuidet̃: sicarius delitescebat: mors in oculis: in
animis timor. Nemo se regressurum credebat: nec amicis fides deferebat̃: dum sicarius metue
retur. Quo plaricq̃ perterriti insontes quide ma flagitio latrocinandi vel sicariorũ cõtubernio
etsi manu innoxii consilio tamen infirmiores desertum petiere. Sed dum sibi consulunt terro-
re fecerunt discessiones: ex quo belli aduersus Romanos suspicio primo: deinde inuidia exarsit
quo metu puiciæ rector missio eqtatu: & pedestri agmine maximę multitudinis stragẽ edidit. Ca. VII
Pseudopa-
pheta.

Egyptius quoq̃ pseudo propheta adueniens: & magicis imbutus artibus
dum iactat se prophetico spiritu cœlestia annuntiare oracula: triginta fe-
re millia Iudæo⁹q̃ associauit sibi: eosq̃ ad montẽ Oliueti cõgregans freque
ti irruptione penetrabat Hierosolymã: ita vt etiã Romanas incursaret cu
stodias: quæ ne quid a populo mouerentur: Hierosolymis prætendebant.
Vbi etiam hæc compressa est insolẽtia quasi in ægro corpore alia pars gra
uius inflammabat. Plurimi em̃ palam discedendũ a Romanis libertatẽ
seruitio præferendã vociferabant̃: progressisq̃ in agros quibus alimonia deerat: vi expetebat̃.
¶ Postremo in vrbe Cæsarea grauis inter Iudæos & gentiles seditio incessit: vendicantibus si-
bi Iudęis vrbis totius quasi ab Herode Iudęo conditę possessionẽ renitentibus gentilibus: q̃ cõ Ca. viii.
ditor quidẽ Iudæus fuerit: sed Cæsaris eam nomine declarauerit. Deniq̃ & templa intra eam
instruxerit: & statuas apposuerit: eoq̃ videri gentilibus vsibus magis eã mancipatã: harũ con
tentionũ seditio in manus vertit: quia neq̃ primi Iudæo⁹q̃ suos seditioni deditos comprimere
poterant: & gentiles opprobrio ducebant: si Iudęi sibi cedendũ arbitrarẽtur. Itaq̃ excitauerũt
Felicẽ: vt dum vtriusq̃ partis gestit cõprimere multitudinem non acquiescentem: præsertim
armis quando aliter nequibat consuleretur. Cui successit Festus qui latronibus plurimis com
præhensis: haud exiguos vltimo exitio dedit. Albinus quoq̃ eadẽ a Romanis potestate sibi
credita: nullũ nequitię genus prætermisit: rapinarũ improb⁹ prædo: vt qui non dedisset pecu
niam: in vincula raperetur: q̃is innoxius qui dedisset etiã reus absolueretur: auaritia gigne-
bat superbiã: vt pauperioribus se tyrannũ præberet mancipium ditioribus. Idem tamen vt su
pergressus nequitias superiorem: ita successore Floro quasi deses ac lentus in flagitiis lõgo: sed
proximus: interuallo præteritus ac derelictus: vt comparatione deterioris integer æstimarẽt.
Et qui primo questi fuerũt vt afflicti: postea Festum quasi bonũ iudicẽ desiderabant. Hic em̃
singulos exuerat Flor⁹: vrbes diripiebat: ingnatissim⁹ in obscenitatib⁹: in sæuitia crudelissi-
mus: armis oia cõturbãs: & plia de pliis serens: q̃ nec obsecrat⁹ ignosceret: nec exsaturat⁹ pcer
et: in cõspectu Beronices: q̃ soror Agrippę regis ad tẽplũ religionis causa venerat: acerbissima
cæde in populũ desæuiebat: nec obsecranti deferẽdũ arbitrat⁹ cũ insetuiẽtẽ religiõi nudis pe-
dib⁹ astãtẽ cerneret: & orantẽ fastidio haberet: vñ ad Agrippã regẽ & ipsa scripsit: & populos
Iudęo⁹q̃ direxit p̃catũ auxilia libertati. Cui egredięti ex ægypto occurrerũt plęriq̃ vltra sexa-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ginta stadia Hierosolymitanæ vrbis obuiam progrediẽtes: & circunducto per vrbẽ cum fidẽ
querelarꝝ probaret insistere cœperunt vt legatos ad Neronẽ mitterent. Verum ille dolorẽ vt
ciuium: & ipse miseratus: tentamẽta tũ belli aduersum Romanos alta prudentia cernẽs mo-
ueri: ne & sibi inuidia populoq; vltimum gigneretur excidiũ: coacto in vnum populo: & loco
Ca.IX. qui templo proximus & ponte diuisus Sixtus appellabat huiusmodi orationẽ habuit.

¶ Oratio Agrippæ ad populũ Iudæorum.

Tsi in plerisq; improuidꝰ cõsulendi moderãdiq; impatiẽs: dolor grauibus aliquos faciat iestuare querimoniis: tũ vbi cõsiliũ sumit: sequestrat affectꝰ doloris: nã si prõptos ad vlciscẽdas iniurias & ad inferẽdũ romano bellũ impio: vniuersos ex hoc populo cõperissem ac nõ melioris partis & tanquillioris sententiæ: qd pacis est poptare: & qd quietis præferre: nec ad vos venire ausus forẽ: nec consiliũ dare. Superfluũ est em suadere quid fieri oporteat: cũ audientium assensus in deteriora fit. Sed qa aliis inexpertꝰ bellicoꝝ vsus maloꝝ: aliis perfunctoria spes libertatis pẽtur: seruitꝰ accumulat: & frequenter totũ eripit: quibꝰ vel nomen libertatis remanserat: alios quibꝰ psentia vilitate sui displicent: rerũ nouitas inuitat: ac si turbent negocia lucrũ putatur Ideo vobis cũ consiliũ ferendũ putaui: ne aut prudentioꝝ sobrietas prepiat: insolentioꝝ audacia aut qui rite sꝛpere nesciunt: nostro saltẽ admoniti sermone cognoscant adquiescendum esse consultioribꝰ. Silentiũ igit deferendũ cẽseo: vt et nos q̃ conducere vobis arbitramur apertiamus: & vestrũ nemo perturbet: si aliqua pter suã voluntatẽ audeat. Nemo em poterit estimare quale sit qd dicit: nisi audierit priꝰ cuius ipse futurꝰ arbiter sit. Probet aut respuat frustra cõturbat: ne audiat licet em & post consultationẽ vnicuiq; sentire qd sentit. Et si discessio placet etiã post sobrios monitꝰ seruare incõsultę volũtatis sentẽtiam. Sed dicet aliqs. Cur frustra audiri velim si nõ acquiescãt qui audiũt. Quia si nolint acqescere cũ audierint: portio mihi cõcionis: non ois populꝰ periclitabit. Si autẽ audire nolint: etiã cũ pars audiri conturbat vniuerso populo eripiat audiendi pfectus. Itaq; apud eos mihi orietur sermo: qui audire voluerit: si vel ex parte aliqua mihi silentiũ non deferat: intercipit enim sermo omnis: & quasi totus decidit: si concionalis fragoris & inquieti strepitus examinet impedimento. Duo sunt itaq; quibus respondendũ arbitror: primo q̃ in maximo sunt querelarꝝ pondere. Qd pleriq; vociferant de iniuriis presidũ: & q; pleriq; perisse sibi libertatẽ gemant. Quarꝝ ppositionũ separãda mihi complexio videt. Si em psides improbi: quid opꝰ est libertatẽ attollere? ne videamini non eorꝝ metuto: sed seruitutis fastidio accusare psides: quasi dominatiõis ministros. Aut si intolerabilis seruitꝰ: supflua ergo de psidibus querimonia. Nã etsi in illis moderatior fit: nihilominꝰ tũ turpis seruitꝰ est. Cõsiderem ergo ne in vtroq; eorꝝ nõ psunctoria bellorꝝ materia sit. Quid em ineptius q̃ de iniuriis queri: & bellũ subtexere: ac piculis mutare cõtumelias. Dũ iudicẽ refugias: hostẽ inducas: cũ iudex iniquꝰ plerũq; iuris interpres fit: hostis autẽ etiã iustus semper sit appetitor salutis. Temperari ergo non exasperari iudicẽ decet: hostem caueri: ne alterũ acerbes: alterũ arcessas: cum & ille delinimento mitior fiat: & iste declinari debeat: ne possit nocere. Caue ndu m igitur de iudicibꝰ: ne maior querela q̃ iniuria fit. Grauior quoq; obiectionum inuidia q̃ commissorꝝ pretia. Sæpe etem q primo verecundius deliquerint: accusari insolẽtiores sunt: & qui occulte ante furari sunt: postea palã latrocinant. Nihil itaq; tã exasperat seruorem vulneris q̃ ferendi impatientia. Denicq; impensius in ipsis agrestibus feris artissima vincula si se excitent imprimuntur: si quiescãt relaxant: grauis quoq; febrium vis tolerando minuitur: in quietudine auget: Qꝛ si norint sibi consulere agrestia: vt naturæ obliuiscantur: quo dolorem alleuẽt: quanto magis in hoĩbus frequẽs docuit vsus: q; eorꝝ qui lęsi sunt toleratiam lædentibus fuerit verecundiæ vt sine accusatore correxerint qd accusati nõ emendasset Sed esto fuerit intolerabilis romanorũ iudicũ insolentia: quid igitur tolerabilius vniuersos an vnũ perpeti? Quę autẽ iustitia cũ vnus laserit bellũ inferre omnibus? Nunqd omnes romani iuriæ auctores? Nunqd ipse cęsar aut studiose electus est improbus qui ad vos mitteretur? Sed neq; speculari possunt transmaria oculosq; ab oriente ad occidentẽ intendere vt illic videãt q̃ hic gerunt neq; audire facile: qd & si sollicitudo exigat lõginquitas negat. pbationũ difficultatem. Vnius igitur culpa dissidiũ pariet orbis romani cũ etiã sine querelis vestris propria correctio sit nulla accusatiõis inuidia: itineris nullo labore. Annuis. n. vicibus romani magistratus mutantur. Quo fit vt nec insolens diu maneat & moderatior cito succedat. Nihil igit oberit q euisse cũ remediũ deferat etiã qescẽtibꝰ Causas belli autẽ intexere pniciosum: qa belli dura aduersum omnes conditio aduersum romanos vltima. Quos si fugere velis cũ superare nequeas orbis terrarum tibi derelinquendus est. Sed libertatis cupiditatem pretenditis? Sera ista deliberatio: prius certandum fuit ne amitteretis libertatẽ q̃ vt amissam reposceretis. Durus seruitutis vsus & ideo aut a principio non fuit subeunda aut suscepta æquanimiter ferenda Tunc decuit restitisse cũ ad seruitiũ vocaremini Illa iustior pugna: q autẽ semel se dederit in seruitutẽ & si postea subtrahere velit non ille tanq̃ amator libertatis asseritur: sed tanq̃ seruus cõtumax adiudicatur. Vbi erat ista libertatis defensio: cũ pompeius vestris ingrueret regionibꝰ vrbẽ dominus intraret: vbi erãt arma pro libertate? Cur deposita sunt a patribus nostris Et certe illi fortiores nobis fuere: vigebant animis: abundabant subsidiis: cupiebant repugnare: sed exiguam romani exercitus non sustinuere portionem: victi sunt: sed reseruati agnouerunt iugum seruitutis: ne tolerarent pœnã captiuitatis. Quid recusatis hęredes qd debetis iure successionis: Astringũt vos negotia patrũ quomodo obedientiã refugitis: tãto inferiores obedientibꝰ: aut qd vobis reliqui erit qui in vos cæsarẽ & omnem virtutem romanam mouetis. Quomodo potestas sustinere eos qui de oĩbus triũpharũt: atq; ab omnibus sibi militantibus nunc adiuuant Et athenięses qdẽ pro libertate totius græciæ incendio patriã tradiderũt: exilio mutantes domos: ne sibi Xerxes dominaret: quẽ in terris nauigantẽ: in fluctibꝰ gradiẽtem cũ tũ nec maria caperẽt: terra sustineret nec q; Europæ totiꝰ spatia trãsitꝰ eius itinere includeret angustioribus terrarũ finibus q̃ exercitus cõmeatu: ita persecuti sunt fugientem vt vix vna nauę fugitans auxiliq; indigẽs se subtraheret captiuitati: verũ ipsi illi viri qui totã fregerũt Asiam: propter exiguam Salaminam & imperitantem fluctibus Xerxem subigentẽ maria in eo ipso qd sibi subiectũ putabat elemẽto gloriosissime debellatũ fugarũt: nũc rõanis seruiũt & principes totiꝰ græciæ italorum imperiis obtemperant atq; illę athenæ quę leges aliis dabant nunc alienis legibus famulant. Lacedæmonii quoq; post thermopylas & Leõidę defũcti triũphos: post Aigesilaũ seruatorẽ asiæ nunc amãt dominos suos. Macedonia atq; aphrica quæ per suos validissimos duces totius orbis ipiũ i sua iura & possessionẽ trãsiuderãt translatã a se potentiam non indignantur: tantaq; rerum mutatione contentæ optant propios quos ad seruitutem petebant. Nec Philippi diuitiis macedones: nec Alexãdri excitant triũphis: quos duces oĩm prudentissimos non immerito inuictos arbitrant: quia alter se intra græciã tenuit: alter fugiens arma romana vsq; ad regna caspia & extrẽa subactæ Persidis atq; Indorũ secreta victor peuenit. Magni nomẽ obtinuit qa maximos omniũ nõ lacessiuit: Quẽ licet immatura mors triumpho romanorum subtraxerit: seruit tamem & ipse in posteris suis quibus orientis spolia non ad fulcrum dominationis quæsita: sed ad precium seruitutis: vt nobilitas famulantium ad victoris opes peueniret. Magna virtus in alexandro. Quid tamẽ mirũ: Illę vsq; ad occeanũ victoriã extẽdit. Romani vltra occeanũ. Testis ẽ Britannia extra orbem posita: sed romanorũ virtute in orbem redacta Quos ætas superior ignorauit didicit romanorũ victoria Seruiunt & ipsi qui quid esset seruitus ignorabant: soli sibi nati & sibi liberi semper quia superiorũ potentia interfuso occea-

Athenięses
Xerxes
Lacedẽonii
Philippus
Alexãder magnus
Britãnia

no secreti metuere nõ poterat quos nesciebant. Plus itaq; fuit transisse ad Britannos q̃ triumphasse de Britannis. Quid.n. facerent elemẽti siam Romanorũ ĩpio subiectis? Docuit illos oceanus seruitutis patiẽtiam postq̃ trãsiretantibus & ipsi romanorũ nauigiis insuetã sibi seruitutem agnouerant. Nam de Hãnibale quid repetam: q̃ tot regionũ victor romanis & ipse militauit triumphis: quib9 alpes apuit: viam strauit: vrbes subegit quę victoribus acquirẽtur. Qui frequenter superior spem tũ victoriæ victis nunq̃ iterclusit: sem el victus repare sese nequit. Cessit sponte victoribus quos victos nõ sustinebat: abiectisq; armis victricibus ad Prusiam sese cõtulit regẽ: ex duce mercenarius: ex triũphatore fugitiuus. Veniamus ad galliarum incolas ipo populos natura feroces & naturalibus muris ferociores quos non cœmenta parietũ: sed iuga alpium ab ortu solis tuentur: ab occasu occeanus inclusit: a meridie prærupta pyrenei: a septentrione Rheni fluẽta immanesq; germani insupabiles & inaccessibiles reddidisse se claustrorum beneficiis estimabãt: Romanis tũ supra nubes viantibus & vltra columnas herculis imperiũ propagantibus nihil inuiũ fuit: tanta facilitate hostis & qui latebat reptus & qui resistebat victus est: quorũ improuiso aduentu cõsedisse mõtes germania credidit rhenũ exaruisse: qui magnitudinem corporũ & cõtẽptu mortis cęteris validiores quẽ retinaculũ ante suum rhenũ putabant: nunc salutis defensionem itaq; iam non copiis germanorum repletur sed romanorũ liburnis quę perrãtes tot vsq; ad mare bicornis amnis quondã liberas gentes seruitio premunt vt q̃ sibi ante toti9 orbis imperiũ presumpserãt nũc seruitutis pprie mercedem exoluãt. Quid Illiriis erutũ venis terrarum suarum aurũ profuit? quibus non abundauit ad libertatis plium Quanto pciosius romanorũ ferrũ cui seruit aurũ Pannoniorũ? Dat itaq; Pannonius auri tributum: & opes suas ad romanũ ęrariũ volens trãsfert: vt sit tutior in seruitute: nec incolam sutũ auro turbida Pactoli vnda extulit in superbiã: seruit qbenter: bbus seruire impia videt: nec miratur Indus gemmã suam: aut seres lanã suam: ad vsum dominorũ exercentur illa nõ pcio mercium sed functionum munia: Persarum audimus superba imperia: sed eorum quoq; obsides vidimus: & cũm ipsi imperitent plurimis nationibus: tamen offerunt liberos suos & nobilitatem suam. Seruire romanis gaudent pro fide pacis: simul vt seruiendo discant suis imperare: offerunt vestes: monilia: elephantos quoq; romanis: vnum tributum reges imponere. Attexamus ægyptũ abũdantẽ opibus suis. nec indigentẽ pluuię cœlestis: quæ sibi ipsa imbres generat & plurimarũ vbertates creat: Deniq; cũ sit feruentior omnibus regionibus sola nõ queritur de siccitate. & qd nulli alii loco suppetit: alit irriguo suas messes. Nauigatur in arenis: nauigatur p sata vbi pluuia nescit. Cuius tamẽ noua gratia & naturalis fœcunditas romãis militat vt quattuor mensib9 dominos alat. Quid ipsam vrbẽ loquar cognomine regis fortissimi q̃ septa fluminis muro nescit obsidionẽ q; vniuersorum animum maxim9 diffuso p spatia terrarũ alueo. & obsidionis submoueat impedimẽta & inuehendis quæ necessaria sunt ad vsum rerũ ministret. Quæ magis poterat ad rebellandum q̃ ægyptus excitari: quæ decies septingenta & quinquaginta millia hoim præter Alexandriæ incolas populos romãis fascibus numerat ad scriptos Et cũ habeat tantã multitudinem mauult tũ romani impii tibrutis se exercere: q̃ suis militare stipẽdiis. Non transiliã Cyrenẽses lacedæmoniorũ. q̃ quõdã cũ carthaginẽsibus de finibus atq; ĩpio certarunt: finẽ certaminis mortẽ offerẽtes. Qua oblatiõe victi: sed vlti tamen iniuriã fratribus phileneis victoriã cõcessere: nec Syrtes pręteribo terribiles etiã solo auditu q; omnia ad se trahãt & appropinquãtia vadoso mari hęreant: tertiã partẽ orbis toti9 ab athlantico mari & columnis herculis vsq; ab mare rubrũ atq; æthiopas definiri rerũ periti asseruere Quis tot gẽtiũ populos numero recẽseat. qib9 fulta carthago scipiõis dextrã nõ tulit: maluit q; romam duab9 anni partibus aduersum se pascere: q̃ aliorum opibus nixa aduersum romanos rebellare. Creta quoq; centum vrbibus nobilis. vberrima pręferens regna circumfusa vndiq; mari ex fluctibus tãq̃ mœnibus solita hostem repellere. vnum cõsularem veretur & pluri

Hãnibal
Mores galorum
Germani
Romani
Illiriũ
Pannonii
Pactolus
Indus
Seres
Aegypt9
Alexãdria
Cyreneli.
Syrtes
Carthago
Creta

mi populi sex fascium virgulis metu inclinant Asia ponthus Eniochys Scythæ nomadæ: Tauroscythę męotiaq; regna Bosphoraniq; omnes romão ĩpio subiiciũtur: & illud ãte inauigabile pelagus. xl. naues ad pacẽ exercẽt. Nam de armenia qd dicam quę: non solũ limitis sui seruat qetẽ: verũ etiam portarũ intenta custodiæ diligenter explorat: ne pacẽ turbaturus irrepat. Omnes ergo romanis seruire gestiunt: vos soli dedignamini his esse subditi quib9 subiiciũtur vniuersum. Quibus freti armis quo superbi milite: vbi est stolus nauium vestrarum. qui obsideat freta: percurrat maria romanorum. In ipsorũ. n. nomẽ elemẽta etiã transierũt in quos etiam transiuit orbis terrarũ: qui romano impio claudit. & definit deniq; aplerisq; orbis romanus appellat. Nam si verũ queramus vt supradiximus: terra ipsa infra romanũ imperiũ est: supra quã progressa romana virtus vltra occeanũ sibi orbẽ quęsiuit: & in Britannia sibi remota a cõfinio terrarũ nouã sibi inuenit possessionẽ. Deniq; quibusuis nõ solũ ciuitatis romanæ: sed etiam ipsius prope humanæ cõuersationis negatur: illo dirigũtur vt illi habitẽt quasi mũdi exules: cessit occeanus finibus suis nouit romanus interiora eius petere secreta: cũ ipsis vobis erit bellum aduersum quos nec natura suũ ius possidet: Eufrates ille iaccessibilis ãte nisi suis icolis ex vtraq; iam ripa romanus est: & sub impio romano totũ esse: significat orientẽ hister in septentrionalibus partibus inter sæuas & innumeras profluẽs gentes. obsides suscipit: hostes cohercet: meridiana plaga quousq; habitabilis esse potest: arat romãis atq; ipsis messem suã colligit in occasu quodã vltima terrarũ Gaditana ora: nouos suscipit hospites: qui romano impio tributa sua deferant. Habet & ipsa quo dirigat merces suas: vbi ante solũ naufragiũ putabat ibi nunc mutuatur comerciũ. Cum igit romanorũ omnia sunt. vnde vobis aduersum romanos pręsidia quęritis? Ex qua vobis inhabitabili parte socios postulabitis? Quicunq;. n. in orbe terrarũ sunt romãi sũt. An vltra Eufratẽ ad diabẽos dirigetis legationẽ: sed nec ipis vacat sua reliquere nec parthus sinit petitã sibi pacẽ interpolari ne ipse infinitimis reus sit rebellionis: ne illud bellum simile putetis ac si aduersum Arabas & Aegyptios vobis gerẽda prœlia sint Alia romãa arma alie opes ex toto quesite orbe nec Hierosolymitana vobis blãdiunt præsidia murorũ: validiorem oceani murũ ruperunt: sed de religionis auxilio præsumitis cũ orbẽ iam romanũ Iesu discipuli repleuerint? Aut siue nutu dei putam9 illã crescere: religionẽ vrbẽq; romã sup omnes regiones pferre impiũ suũ. Hæc nostra nos iamdudũ religio deseruit quo nos deseruimus fidem & frequẽter interdicta mãdatis celestibus repetiuimus. Vnde in nos venit ægyptius. Quẽadmodũ captiui facti sumus assyriorũ: Nonne scriptura dixit hæc euentura? Nõne scriptũ est p phananda omnia tẽpli sacramẽta q̃ iam sæpius pphanata. vim suã atq; omen diuinorũ misteriorũ gratiã nõ reputã t. Cõtaminatũ est templũ: humano sanguine repleta sunt puluinaria cadaueribus: pfuse are cruore. pugnatũ est sabbato: puaricatio facta est. Dũ templũ non sua obseruatione & feriarũ solẽnitate: sed cruento defenditur plio vtiq; iterũ fiet: Ergo quomõ possimus tanq̃ aduersum hostes & religioni aduersarios diuinũ auxiliũ mereri: quum ipse præuaricationem inferamus nostræ religioni. Qd igit remediũ cũ & hũanę opes nõ suffragent nec diuĩa nõ opitulet gratia. Alterũ horũ aliquos iuitare solet ad bellũ vobis vtrũq; deesset. Quid ergo supest nisi mãifestũ excidiũ? qd si nõ declinatis dũ cauere licet: nihil aliud nisi vos ipsi vestrã patriã cõcremabitis: tẽplũq; exuretis. cõiuges quoq; & liberos dabitis neci. quibus auctores eritis supremę amissionis Cũ malorũ omniũ incrementũ inconsolabile sit nostrę culpæ ascribi quæ sustinemus. accedit huc q; aliarũ vrbiũ bella suorũ incolarum excidiis determinantur: vestra rebellio totius erit excidiũ regionis: quæ toto diffusa orbe populos vbiq; disseminabit. & in omnibus vrbib9 nostri portio est. Vestro igit plio iudæi omnes implicabunt: nec erit vlla regni nostri exps cruoris. Aut si tales sunt romani vt iudęos nõ persequantur: nec bello lacessiti q̃ iniustũ est bellũ his inferri quorũ hũanitatẽ spetis. Bonũ est charissimi bonum est adhuc in portu nauis est puidete tẽpestatẽ futurã: nec imminentibus quẽq̃ se obiectare pericu-

lis:ne cũ in aliũ processeris iam naufragiũ non possis cauere.Et plerũq; quidẽ repentina exurgit ꝓcella & bellũ excipit:etiã si nõ inferat:sed interest lacessere hostẽ an excipere: magis parcit non lacessitus & necessitas excusat insolẽtiã:vbi vero in pruptũ quisq; se ĩmergit piculũ oneratur etiã opprobrio.Nõ is hostis est quẽ fuga possitis vitare Quocũq; ibitis sequetur periculũ:immo vbiq; hostẽ reperietis.Omnes.n.amici romanorũ sunt & qcũq; praeter romanorum amicitiã est:hostis vniuersorũ est.Subeat vos patriae amor:si nõ pignorũ vestrorũ nõ coniugũ vos cõtẽplatio reuocat:reuocet templi contuitus sacratissimi:parcite saltem religioni:parcite saltem sacratissimis sacerdotibus:quibus iam non parcent romani:neq; ipsi templo:quos peccasse pœnitet.qm iã dudũ volũt oẽs gẽtes nostram extinguere religionẽ:cui Põpeius tũ cũ extinguere posset pepercit.Ego nihil prætermisi omnia monui:quæ ad vestrã spectant salutem: hoc vobis suadeo qd mihi eligo:vos considerate qd vobis & mihi vtile sit: opto vobis & mihi pacẽ esse cũ populo ro.si recusatis:ipsi meam vobis eripitis societatem:aut communis erit gratia: aut sine me periculum.

HAec dicens illachrymauit:Boronicesq; soror eiꝰ.Nam & ipsa institit superioribus & multũ eos Agrippa suis lachrymis inflexerat:ita vt dicerẽt iudæi non romanis rebellamus:sed Floro qui bello digna cõmisit:bellũ iferẽdũ arbitramur.Respondit Agrippa:sed hoc est romanis bellũ inferre facta vestra romanorũ iniuriã petũt.Nõ Floro sed romanis nõ Floro:sed Cesari tributũ negat Nõ Flori:sed romanorum miles ĩ castro est: qd appellatur Anthonia a quo dirutis diuisisq; porticibus tẽplũ separastis: vt custodia sequestraret Restituite statutum supiorum tributum:qd cæsari debet:cæsari soluatur: ne Floꝰ hoc referat non sea vobis sed cæsaris imperium repudiatum.Ac quieuerat populꝰ his dictis:ita vt quum Agrippa in templum ascẽderẽt:porticus vt fuerant inciperent ædificare:tributũ cogerẽt.Denique breui missis in huiusmodi muniis industriis executoribus cõgregata sunt talenta.xl.quæ deerant tributariæ solutioni Cõpressus fuerat omnis belli tumultꝰ:sed adiungere his Agrippa volens vt Floro obtẽperarent:donec ei a cæsare successor veniret.ita plebẽ exaspauit vt ne ab eius qdẽ cõtumelia tẽpareꝯ:sed extrusũ vrbe nõ nullis iactis lapidibus incertũ an pcusserit Qua motus iniuria rex.auctores eorum cõprehensos ad Florũ direxit.Ipse aũt in regnum suũ cõcessit.¶Eo discedente cõcitores belli cõpositis insidiis Masada castellum occupauerũt:necatisq; romanorum custodibus suos constituere Eleazarus princeps sacerdotum prærupte vir audaciæ:suasit ne eius alienigenæ donũ vel sacrificium recipeꝯ.quę tuba belli aduersum romanos fuit vnuersosq; in tumultũ excitauit.Videntes itaq; potissimi qq; qd ea res prærupte causa foret diffẽliõis agebãt cũ ppl'o nõ solũ cesari belli irrogari sed violari etiã istituta religiõis tẽpliq; imminui reuerẽtiam:argui & cõdemnari patrũ traditiones:qui ex muneribus alienigenarum tẽplum ornauerunt:cui multo amplius accesserit diuitiarũ ex collatione gentiũ donisq; diuersarũ & innumerabilium nationũ oblitterari sancta maiorum:sacros ritus negari Quid futurũ de his quæ ante collata sunt si similimodo conferri in posterũ dona gẽtium prohibeãtur Aut si solis romanis sit interdictũ qd omnibus liceat:qd incẽtiuũ belli futurũ.Postremum impium:si apud Iudæos tãtũ nec sacrificare nec inferre munera alienis pmitteret: cõsiderare eos oportere:qa cæsaris pax solueret:quẽ ĩ huiusmõi motũ offẽsiõis haud dubiæ futurũ vt eripet iudęis oẽm vsũ sacrifici orũ:vt nec ꝑse sacrificarẽt cui sacrificiũ cesaris deputasset:puẽiẽdũ mature Nã talia cõsulta si ad Florũ atq; iñ haud dubie ad cesarẽ puenirẽt iudæorũ gẽti pestẽ futurã:simul hæc astruere sacerdotem testimoniis desiderantes:interrogabant si vnq; a maioribus esset sacrisiciis gẽtiliũ renũciatũ:id quũ minus liqueret obstrepebant ad seditionẽ parati. nec ministri qdem altaris audebant sese tãtę discordãtiũ inserere contentioni: vnum remediũ superesse visum est:vt Florus atq; Agrippa rex cũ militari manu adessent vt saltem metu de-

Cap.X.

sisterent q cõsilio nequaq; reuocarent:sed Florus qui augeri vellet seditionẽ ne vllus iudæis esset venię locus q nisi inuoluti bello forent vrgendi rapinas eius & grauiora commissa facultas omnis extingueret:passus est crescere belli furorẽ:nihilq; legatis respõsi reddidit: Agrippa vero quẽ maxime ambibat Scili & Antipæ Castobariq; ꝓpiquorũ suorũ legatio in cõmune bonꝰ vt & iudæos romanis seruaret:& iudæis religionẽ:patrię templũ:vrbẽ ciuibꝰ:sibiq; imperii decꝰ:regni tranqllitatẽ:misit tria millia equitũ dario & philippo turmarũ ducibꝰ vt auxilio freti bonarũ cõsultores partiũ ꝓmptius adniterẽtur.Hinc fiducia bonis orta:improbis indignatio bellũ adoleuit.Cũ hos cã iustior nihil tñ armorũ cõflictus iuuaret: illos furor & multitudinis numerus animarent:accenderunt diuertę acies prælatores: principes sacerdotũ & vulgi portio quæ pacẽ optabant cum regis eqtibus partẽ ciuitatis supiorẽ occupauere:illi alii in inferioribus siti templum & propinqua loca sacris sibi vendicabant.Primo lapidibus & saxis & iactu telorum vtriq; bellum lacessunt.decernũt sagittis:postea vt sese forte obtulit prœliãdi necessitas:Consertę manus:perítia vsuq; regii præstabant:volentes arcere accessu belli excitatores ne templũ intaminarent.cõtra Eleazaro cum suis etiã supiorẽ vrbem quæ vocabat Syon inuadere studium erat:septẽ diebus sine intermissione aliqua bellatum est.Octauus solẽnitatis dies quo ligna omnes altaribus solebant imponere:ne qñ ignis deficeret quẽ oportebat inextinguibilẽ pseuerare:furorem addidit:vt omnes a tẽplo ministri excluderent. Audacius solito sicariis sese proripientibus:cessere regii.nec in superioribus partibus cõsistere ausi:incensæ ædes Agrippę & Beronices:direptum omne instrumẽtum regium:ignis circumferebat vt etiã chirographa debitorum q̃ recõdita in tabulariis erant publice exurerentur.quo fœneratoribus suis inopes insolentius insurgerent:omni nexu sese absolutos arbitrati:incẽdebant vrbẽ manibꝰ suis:exurebant nerui ciuitatis:expugnatum est castrum cui nomẽ Antonię: cęsi omnes custodes repti.Incẽsũ postea Masadãquoq; ꝓpiẽs sese Magueniꝰ iudę galileĩ filiꝰ acer & pitꝰ sophista:& turbãdis rebus exercitatꝰ:armorum inuasit officinas:& induit armis inermes.Regressusq; in Hierosolymã stipatoribus tanq; regio more comitantibus:immane tãtũ insoleuerat: vt supgrediens vsum priuatum:nec ab illicitis qdẽ quæ liberi populi ferre non possent: tempe rãdũ arbitrareꝯ: insurgentibꝰ in eũ pluribus qui fultũ regali indumẽto tyrannũ & dominum incubuisse libertati ciuiũ increpitarent:gaues pœnas dedit:vt afflictus prius cruciatibus moreretꝯ:nec tñ diffidiũ remotũ.Nã multo grauior motꝰ insurrexit Deniq; Metilius cũ romanis militibus orauit vt sibi discedere liceret :dataq; fide & interpositis sacramentis:vbi iuxta pactum arma deposuere:cũ sine metu abirent:ab Eleazaro & sociis factionis multi obtrũcantur Non resistendũ aduersus vim nec precandũ rati sed tantũmodo violatam fidem &piuriũ perfidorũ vociferantes.Omnes itaq; ĩtersecti Metilius ipse prefectus militũ rogando & obsecrando:simul pollicens vsq; ad circũcisionẽ quoq; se iudęũ futurũ solus reseruatur.Ardebat omnis Iudæa:Syria quoq; prouincia omnis in bellũ excita.¶Deniq; cæsariense quoscũq; habebant Iudæos iterfecerũt:quo dolore excitati plurimas Syriæ vrbes Iudæi adorsi debellauerũt:nusq; ius:nusq; religio:nobilior erat qui plura diripuerat quasi præmia congerens fortitudinis.

Cap.XI.

Triq; Galieę syria & Phœnice adherẽt: disterminãtq; eã a sol[occasu Prolomais territorii sui finibus & mõs Carmelus: qui erat ante galilęis nunc vero Tiriorũ finibus adsociatus: cui connectit Gabaa ciuitas: quę quondam iudæis causa grauis exitii fuit: ab oriente eã Hyppenæ & Gadara suis finibus resecant. Eadẽ autẽ & Ganlanitidi regioni & regno agrippę confinia ꝑ scripta veteri ęuo fuere: a meridião latere Scythopolis & Samaria suis vtraq; excipiunt regiõib⁹: nec vltra fluẽta iordanis patiunt extendi. Septẽtrionalia eius a dextro latere Tirus claudit: omnisq; regio Tiriorũ cuius obiectu galileæ spatia definiunt. Ipse autẽ inter se hoc distinguntur modo: vt quæ inferior galilæa dicit ab vrbe Tyberiadæ vsq; ad vrbẽ cui nomẽ Zabolõ supra maritia Prolõaidis extẽta lõgitudĩe diffũdat. Latitudo aũt eius a vico Zaloth q est in campo maximo vsq; ad Bersabẽ haud dubiæ deducitur. Vnde etiam supiori galileæ aperit exordiũ: quo ad vici Barathę fines attingat. Ipso autẽ vico etiã Tyrię terręq; fines determinantur: longitudinis quoq; eius initiũ vicus est Thala: finis est rothala iordani finitimus. Hinc intelligi dat: quantũ se porrigant spatia galileæ superioris: cui⁹ initiũ iordanis est: vel eius cõfinia. Hac igit suæ magnitudinis estimatione vtraq; galilea distinguit. Terra autẽ piguis: herbosa: diuerso culturę genere nitens distincta arboribꝰ: vt quemvis allitiat ad sui gratiã & fugitantẽ laboris ad studia culturæ inuitet atq; excitet. Deniq; nulla illic vel exigua terræ portio vacat: frequẽtatur plęrisq; inhabitantibus. crebre vrbes: viri frequẽtes: multitudo hominũ innumerabilis: vt exiguus vicus in suo tractu habeat. xv millia inhabitantiũ. Circũfusis quoq; alienigenis vtraq; galilæa circũdat: & ideo genus hominũ bellicosum a prima ętate exercitũ præliaribus tẽtamentis abundans numero: audatia ꝓmptũ adq; omnis belli arte aparatũ. Præstat tñ magnitudĩe Per ea regio: quę vnde vocabulũ acceperit supra diximus. Minor hæc: sed vtilior galilæa: qa tota exercet: nec vlla pars eius fructibus infœcũda est: sed vniuersa terra ei⁹ opima ac ferax. Preerea autem diffusior: sed ex maiore parte deserta acrigida: quę mãsuescere arãdo nesciat nec asperiores facilis succos domare. Sed rursus portio eius mollis ad cultũ: fertilis ad vsum grata ad aspectum mitis ad exercitũ: isitiuis vtilis pomis: omnia ferens vt campos eius distincte infronte pretexant arbores in medio venustent. & plærũq;

Ptolõais
Carmel⁹ mons
Gabaa
Hyppenę
Gadara
Scythopolis
Samaria
Tyrus
Galileæ superior
Galileę fertilitas
Galilæa inferior

a nimio sole vel frigore defenderant sata :maximeq; olea vestitus:ager aut vitibus intextus aut palmis insignitus.Inenarrabile quãto decori sit cũ vento impulsi palmarũ ordines:cõcrepant:& suauiores solito fundunt dactilorũ odores.Nec mirũ si omnis illic gratia viriditatis ẽ: vbi amœnis fluiorũ meatibus ex superiore decurrẽtiũ iugo mõtiũ supfusus ager rigatur:& niueis fontibus scatens possideat cũ inuidia:desidereť cũ gratia.Longitudo eius a Macheruntæ vsq; ad Pellã .i. a latere meridião ĩ septẽtrionẽ.Latitudo autẽ Aphiladelphia vsq; ad flumẽ iordanẽ:hoc est ab ortu solis vrbe Arabiæ protexit.In occasu autẽ vsq; ad iordanẽ fluuium extenta manifestatur.Samaritana quoq; regio inter Iudæam atq; Galileã media iacet.Incipiens a vico cui nomẽ Eleas deficiẽs in terra Acrabathenorũ natura cõsimili:nec vllo differens a Iudæa Vtraq;.n.montuosa atq; cãpestris est:pro locorũ diuersitate:neq; tota cãpis diffundit:neq; in locis omnibus montiũ rupibus scindit:sed vtriusq; qualitatis habet gratiã:ad certũ culturæ solubilis terra & mollior eoq; frumẽtis vtilis.& prope circa fertilitatẽ soli nulli secunda: maturitate certe fructuum prior omnibus.Nam cum adhuc alibi serantur frumenta:istic metuntur. Species quoq; atq; ipsa frumenti natura haud vsq; præstantior habentur.Aqua dulcis:decora ad speciem.suauis ad potum:vt secundum elementorũ gratiam æstimauerit Iudæi eã p missã patribus terrã fluentẽ lac & mel cũ spoponderit illis resurectionis prerogatiuã.Et vtrũq; quidem diuina pietas cõtulerat:si fidẽ seruasset:sed infidelibus animis vtrumq; ereptũ.Hic iugo captiuitatis:illic vinculo peccati.Nemorosa regio.& ideo diues pecoris & abundãs: lactis Deniq; nusq; sic lacte distenta pecus vbera gerit.Poma siluestria vel insitiua super omnium regionũ copias.Referta autẽ vtraq; vel Iudæa vel Samaria hominũ multudine:vt mihi videantur hinc illud interpretati Iudæi qd scriptũ est:quia nullis erat locis sterilis & infœcunda cum lex de meritorũ fœcunditate præscripserit & virtutũ fertilitate.Principiũ Samariæ de Arabiæ finibus a vico cui nomẽ Iordani:finis ad aquilonem vico borceo.Latitudo autẽ Iudeæ a fluuio Iordane vsq; Ioppen .Incipit enim a fontibus Iordanis:& a monte Lybano:& vsq; ad Tyberiadis lacũ dilatatur. A vico quoq; Artha initiũ lõgitudinis eius:quæ vsq; ad vicũ extendit Iuliadẽ: in quo Iudæorũ pariter & Tyriorũ cõmunis habitatio.In medio autẽ Iudeæ ciuitas Hierosolyma quasi vmbilicus regionis toti⁹ vt prudẽtib⁹ placuit nũcupat:abũdãs regio mediterraneis copiis:nec fraudata maritimis:qa ptendit vsq; ad Prolomaidẽ & totũ illud mare præterexit littoribus suis.Multę vrbes:sed iter oẽs Hierosolyma eminet:ita vt quasi caput in corpore non obumbret sua membra sed regat:atq; eis tuitioni sit.& pulchritudini.De Iudęa.Itaq; & finitimis regionibus oportuno:licet cõpendio:ea quæ significanda fuerant non prætermisim⁹.

Samaria

Hierosolyma

Cap.VII.

SEphoritãi quoq; obtributa &.subsidia militaria regiões finitimas ĩcursabãt auctoritatem latrociniãdi liberam sibi belli speciẽ vendicantes qd imperio romano a Iudæis inferebat. Vnde Iosephus acceptæ acerbitatis iniuriã vlcisci gestiens irruere ĩ vrbem Sephorim:sociato sibi plurimoq; numero cõtẽdit:vt eos aut reuocaret in societatẽ Iudęę:aut resistẽtes e supremo si posset excidio labefactaret.Sed vtriusq; conatus effectus excidit:qa nec diffuadere potuit romanæ cõiũctionis electionem:nec vrbem euertere:quã ipse talibus munimentis firmauerat.vt a romanis quoq; longe præst antioribus expugnari nequiret.Cecinit itaq; classicum: tentata irruptio sine vllo profectu .atq; in totã regionẽ bellũ excitauit.Vastabant omnia die noctuq; exurẽtes ędificia:diripientes patrimonia: perimẽtes quos cunq; bello habiles cõprehendisset:infirmos seruituti subiitientes.Repleta erat Galilęa omnis incendio.sanguine.latrocinio.nullius immunis miserię & deformis rerum oĩm specie cũ si qd igni aut neci supfuisset captiuitati reseruaretur.Cuius mali illaquæ paulo ante acerbiora est ĩmata sunt præferebant.

Ca. VIII.

Hæc prælusio quædã belli facta anteq; Titus veniret.qui simul ex Achata Alexandriã transmisit pductis militibus secũdũ mãdatum patris ad vrbem occurrit Ptolomaidem:ibiq; cõnexit ordinibus quintum & decimum addito etiam quinto decimo qui erant præcellentissimi:congregatoq; vel romano: vel sociorũ exercitu atrox & memorabile bellum cœptarũt.Mam vbi primis initiis placido duci prospere gestis secũda in aduersum cessere ,pfectus infensior Vespasianus cũ filio de Ptolomaidis finibus in Galilęã sese immersit: Cognitoq; q; pacẽ abnuerẽt qbus obtulerat cõdẽnandę discessionis copiã si sibi consulẽdũ putarent: Gadarã funditus euertit.vacuã bellatoribus offendens:q; omnes validiores diffidentes infirmis munimẽtis ad munitiora se cõtulerant.Repertis itaq; non pepercit:sed omnes necari iussit:nulla ætatis cõtemplatione:nulla infirmitatis misericordia:qd non tam iure belli q̃ cestianæ pugnæ dolore:& effusis in Iudæos odiis exequebat. Deniq; non solũ vrbem:sed etiã vicos & municipia exuri ꝓcepit .Nec iniusta erat cõmotio:qa post tantã insolentiã emẽdandi erroris facultatẽ dederat:nec obtẽperatũ.Transierat ex ea vrbe Iosephus in Tyberiadem priusq̃ romanus exercitus appropinquaret:sed plus formidinis ex fuga q̃ fiduciæ dederat expræsẽtia:hoc ipso enim territi sunt q; bello aduersus romanos gerẽdo imparẽ se Iosephus arbitrabatur.Neq; vero aliũde pręsumpsit.nisi forte Iudæi studia belli deponerent.Ea erat illi potior sententia.Si bellũ eligerent:malle se subeundo periculo fidem ciuibus q̃ declinãdo proditorẽ .Nihil.n. magis cauere q̃ ne cõmissum ipum sibi honorẽ militię turparet.Itaq; scripsit ad vrbẽ Hierosolymam bellũ incubuisse:properęq; rescribẽrẽt pacem an prœliũ mallent: consulendũ maturæ.Hæc stricti significauit nihil propensæ in alteram partẽ:ne aut bellator meticulosus aut pertinax rebellio iudicaretur.

Cap.IX. Iotapata

RVrsus de vrbe Tyberiadæ Iotapatã petit:siue q; munitior cęteris esset.& p pter ea in eã plurimi se contulissent bello promptiores:siue q; eo Vespasianus plærosq; ex suis direxerat.q munirent iter qd p montes difficile saxosũ q; asperũ pedib⁹ eqtib⁹: autẽ iuiũ atq; ĩsupabile foret.Deniq; die b⁹.iiii.ne angustię officerent reserata sunt viarũ strata:cõpositũ iter:quo facilius omnis exercitus transmitteret.Quinto die transiuit eo Iosephus deiectosq; iudeorũ animos erexit. Vespasiano quoq; vbi factũ indiciũ:eo Iosephũ commeasse incẽtiuũ celerandi itineris accessit:q; conficiendi belli cõpendiũ putaret:si dux & populus bello promptior interciperet.Aduenit itaq; cũ exercitu & primo die curãdis cibo.militib⁹: ne ex itinere fatigatos.cura belli incesseret tempus dedit.Sequenti die duplici acie vallauit vrbem & tertio equestri ordine.Qd videntes Iudęi inclusos se & obsessos vndiq; nec vllum refugii locũ.Ipsa desperatione audaciã sumpsere.Nulla.n.res promptiorẽ bello militẽ reddit.q̃ne cessita spliãdi & pruptũ piculũ.Vrgebat Vespasian⁹ iaculis:vrgebat sagittis:missilibus quoq;:plurimi Iudæorũ vltra muros pgressi dest ĩata feriẽdi arte vulnerabãt :mãebãt tñ ipauidi. Tentabat oĩa virtus romana & maxime vbi infirmiora aduerterat murorũ subsidia.illic maiore ĩcumbebat manu.Pudor hos: illos armabat spes vltima: ferro aperire viam salutis desiderãtes:Grauia tolerabant Iudæi nec minora referebant tentamenta audaciæ. Pricia a romãis cũ virtute.furor a Iudæis cũ temeritate certabat.fessis itaq; tota die illis pro salute:istis pro triumpho dimicantibus nox prœliũ soluit.Sequenti quoq; die & tertio quartoq; consimiliter & quarto pliatũ acriter:sed vt solet fieri in talibus prœliis plura vulnera q̃ neces inferebant.licet sepe & excursus a Iudæis & a romanis tentarentur eruptiones : quos in iram accendebat pudor:eo q; victores Hannibalis & Antiochi omniũq; gentiũ Iudaicis prœliis immorabãtur. Tãta erat romanę virtutis conscientia vt non cito vincere pars victi estimaretur:sed aduersus naturam magis erant illis q̃ in hostem certamina.Nam ciuitas pręruptis vndiq; ppe erat interclusã rupibus non vallo & fossa:vt alię vrbes:sed profundis erat circũuallata præcipitiis: quę nec vis⁹ hominũ comprehenderet:nec vsus inuestigaret:& horror sollicitius intuentem magis magis q; inuoluerat tantum ab aquilone in montis defectu vnus ad vrbem accessus arduo trũ ascen

suppetebat. Quē Ioseph⁹ muro interclusit: propugnatoribus sepsit: vt inter murū inferiorē: & vrbem superiorē periculosa erruptio fieret obsidentibus: & intuēti esset inęstimabilis cognitio superiorū. Ciuitas. n. ipsa in montis supcilio sita. circuitu finitimorū montium velut quodam naturali vallo circundatur septo genili abscondita. vt nemo prius illic vrbem esse intelligat: q̄ in vrbē ipsam fuerit ingressus.

Cap. X.

Espasianus cum vincere naturā nequiret: eā sibi ipse in adiumentū accersiuit: vt obsidiōe diuturna p inopiā cibi & pot⁹ cogeret obsessos ad deditionem: sed frumenti copia multo ante congesta: ꝓpulsat piculū famis. Aquę erat difficultas maxima: qa neq; vllus in vrbe fons & solennis siccitas raris p ea locorum imbribus bibendi subsidiū attenuauerat. Ductus oīs aquarū obstruxerat ne in vrbē mearent. Augebat inopia auiditatē repugnabat natura. Cōmentū Iosephus detulit: vt infuse vestes muro suspenderent: quo paulatim rorantibus aquis crederet illis non deesse ad potū q̄d abundaret ad lauacrū vestimētorū. ¶ Deiectus eo Vespasianus: rursus ad expugnandā vrbem accendit. atq; omnē exercitū circa congregat. Machinis murū quatit: pulsat Aries. Nomē hoc species dedit: co q; validę ac nodosę arboris caput ferro vestitur: & q; vt frons arietis ꝑtendit: quae obductis laminis turgescit & ꝓminet. E medio ei⁹ quasi cornu procedit ferri solidioris. Magnitudo arboris in modum mali naualis: quā non ventorq; ꝓcella: nō velorū sinus flectant. Ea suspensa funibus ad superiora atq; robusta arborū nexis multorū manu valide in murū impellebat. Deinde retrorsum ducta atq; in statere modū sustentata retinaculis maiore impetu destinabat: vt crebris ictibus fatigatum muri latus cederet: cauatūq; vi rupturis fenestram daret qua romanis hostibus via in interiora vrbis pateret. Primo igitur ictu mur⁹ cōcussus est: contremuitq; omnis. Clamor illico vniuersorum quasi expugnata vrbe trepidantiū ne repcussus murus fatisceret. Sed Ioseph⁹ saccos paleis repletos in eū dimitti locū præcepit: in quē aries a romāis intorquebat. vt laxo sacorū sinu lusa plaga omnis arietis emolliretur. Illisa enim solidis solida nocent: solutioribꝫ euacuantur. Deniq; facilius solidiora mollioribus cedūt: q̄ molliora solidioribus. Nam & aquę alluuione scopuli soluūt: nec ruina rupis vllum ē damnū aquarū: & iactis in freta molibus aquā suos vsus reseruat. sed petra inter vndas seruare suos nescit. Harenā quoq; marmoris ruina nō frangit: & marmor arenæ ruina comminuit. Retuleruntq; etiam romani quo commenta resellerent iudęorū: cōtis falces ligantes quibus dimissos inciderēt saccos quo vacuati paleis euitare arietis ictū nequirent. Reparato itaq; impulsu machinæ cū se iudæi vrgeri viderent. vnus ex his Eleazarus ingentis magnitudinis saxū eleuās de muro sup arietem elisit tanta vi: vt cōminueret caput machinamēti. Exiliens quoq; in mediū hostium rapuit illud: atq; in murū ferebat intrepidus in conspectu aduersariorū & patens vulneri. Deniq; iaculis q̄nq; figit: sed nequaq̄ conuersus ad vulnera quomodo ipse saxi ruina hostem inuolueret intendebat. Ascendit itaq; murū & victor doloris stetit cōspicu⁹ tante pręsumptionis ac super arietem se saxūq; deiecit & cū eo corruit. Victus quidē morte sed victor machinamenti cū in se solus decesserit patriæ in machinamēti autē comminutione totā vrbem ab excidio seruauerit. Netyras qtioq; & Philippus in medium se iecere agmen: vt auerterent quos petierant. Iosephus autem ignibus iactis vt machinamēta omnia exureret breui consumpsit plurima: sed consumpta repārabāt.

Aries

Eleazarus

Netyras
Philipp⁹
Iosephus

Nstabat Vespasianus: vrgebat ita vt in talo feriret iaculo sagittæ. Turbati sunt romani cū sanguinē ducis fluere cernerēt Exagitatus filius cucurrit ad patrem. Sed ille supra vim vulneris virtutē gerens animi: prohibet trepidare filiū magisq; in prœliū accendit milites. vt iniuriam ducis vlciscerētur. Ipse signifer reuocabat exercitum & ad muros cogebat. Ipse in bellū cęteros adhortabatur. alii sagittis: alii telis: alii balistis hostem vrgebant. Tanta autem erat huius tormenti vis quo saxa in hostē iaciebantur: vt percussus vnus ex sociis Iosephi qui propter adstaret comminuto capite rueret & occipitiū eius vsq; ad tertiū stadiū excutereť. Mulier quoq; a luo grauis pcussa vtero supra dimidiū stadii deintima sese secreti genitalis: excuteret infantē: ad postremū tamē victoria muros romanus miles succederet: & in ipso aditu vtrimq; valida manu decertareť: sicut erant conferti oleo feruenti. Iosephus perfundi romanos iubet: q; facile a vertice ad ima defluebat vestigia. Nec minor incēdio flamme cādentis olei feruor omnes artus depascebat. Succedebant tñ alii. Plæriq; etiā sudor pfluus olei vim refrigerabat. Et q̄uis huiusmodi olei natura sit: vt cito calescat: & serius comceptum deponat calorē: tamē victoriæ studio abscondebant iniuriam. Ardebant animis vt nullū corporis sentirent incendiū: nec tanti ęstimabant pœne feruētis dolorē: quanti dispendiū gloriæ: si tanq̄ exortes triūphorū desisterent bello qui duces fuerāt periculorū. Vel sanguine itaq; suo restinguere incendium olei certabant.

Ac mora obsidionis etiā Iaphæ vrbis quæ vicina erat populus insoleuerat: q; tam diu cernebatur. Vnde motus Vespasianus Traianū q; præerat ordini quinto decimo ductoris officio direxit: cū mille equitibus & duobus millibus virorū militiæ pedestris. Qui sine retractatiōe pfectus: vir acer: & bellandi artibus præditus cōuenientem studiis suis euentū belli repperit. Nā cum esset ciuitas & natura loci septa & gemino muro circūuallata: non cōtentus tegere se populus eius munitionibus occurrendū romanis puauit: Sed paulisper resistere ausi muro exteriore recipere sese volētes: hostem pariter recepere: Nam cum ipsis festinantibus etiam romani subintrauerunt: confugientibus quoq; ad murum interiorem clausę portæ: ne rursus romāi pariter irrumperāt. Ita auerso a se dei auxilio iudæi prelia bantur: quo ante vincere solebant: sed offenderant scelestis flagitiis & ideo ab his pœna debita reposcebatur: vt donarēť eorū supplicia nationibus. Deniq; plures prope suis inter se bellis: q̄ ab hostibus obterebantur. Exemplo est Iaphæ populus q romanis portas aperuit: & sibi clausit. Nam vt primū murū romani irrumperent: ipsi patefecerūt vt secūdū murū iudæi nō penetrarent: iudęi clauserunt. Receptus itaq; hostis est socius exclusus. Receptus ille ne percussor desset: exclusus iste ne peritus euaderet. Intra duos itaq; muros cędebantur iudęi: manu comminus: de muro eminus. Plæriq; enim romanę militię viri constricti augustiis murū ascendebant atq; indæ in subiectos tela iaculabantur. Itaq; galilęi suis q̄ hostibus infestioribus: rogabāt vt interiori muri vestibulo reciperentur: sed resistebant sui. Dimicabat in portæ limine. iudæis iter se pugnātib⁹. Isti irruētē cuneū gladiis excipiebāt illi resistētes moriebāt. Sęua ꝓpræcātes sibi iuicē: & mora se meritis suis ꝓpeti suppmis vocib⁹ attestabant. Itaq; exticta sūt duo millia virorū omniū pręliatorū. Rat⁹ quoq; Traiāus vel nullū iāsibi repugnaturū: vel facilem vrbis expugnationē veteris vir disciplinę summam victoriā Traian⁹ Vespasiano reseruauit: misit q; ad eū: postulans: vt filiū suū dirigeret Titū: q; finē prælio daret. Quo aduentante facta irruptio: cęsiq; multi mortales: nec sine labore ac periculo victoria cessit romanis. Quibus ingressis murū interiorē obiecerant se qcūq; erant bello idonei & in augustiis positi: anceps bellū victoribus effecere pugnantibus desup virili ac muliebri se sexu: ac sæpe etiam in suos saxa: atq; omnia quę forte reppererāt telorū genera iaculantib⁹. Deniq; sex horis in ipso fine quasi ab exordio pugnatū. Ad postremum cæsis q constiterant puguaturi tū in cæteros sine ordine: sine modo: sine misericordia. Senes cū adolescentibus iugulabantur: mulieres cū paruulis reseruate: non ad veniam sed ad seruitutem masculis omnes interfecti: nisi quos puerītia aut infātia defendit: in prædam ducta sunt duo millia. cxxx. mancipia. domini cū seruulis. equa iā sorte cōditiōis: quos captiuitas pares fecerat. ¶ Nec Samaritæ immunes miseriarū fuere. Nā cū secūdū consuetudinem suam montem Garizim q erat illis sanctus ascendissent. vbi adorare

Cap. XIII

Ca. XIIII.

solebāt:vñ et ī euāgelio dicit sā aritana.Patres nr̄i adorauerūt ī hoc mōte Et nr̄is ūēi:vēiet hora qñeq; ī hoc mōte neq; Hierosolymis adorabitis patrē.Debebat eñ vt cessaret supstitio:& vera religio succederet:euacuaret vmbra:vēiret veritas.Vtinā nō ī mōte sicut samaritani:nōī Hierosolymis ter ī ānō:sicut iudaī:sed in spiritu in oī loco eleuans puras man9 homo oīs adoret deū:& in noīe Iesu genu flecteret.Cū igit vt supra dixim9 ī mōte collecti secūdū suos ritus manerent:belli autē minas prætenderet ipsa congregatiōis species:vel sensus eorū qui nec malis finitimis resipiscebant.Multo autē amplius pro superioribus romanorū successibus p inuidiam cōmonerent:ac prope tumultū res essent:cosulti9 estimatū est eos prēueniri:ne in maiorem pestē erumperēt.Vocatoq; præfecto ordinis quinti cū tribus millibus vtriusq; militiæ viris eū Vespasian9 direxit.At ille ascendere mōtē primo exordio piculosum rat9 erat eñ simul iuncta terrori multitudo populi.& præruptum naturæ circumdedit exercitu montis confinia & toto die deferri fecit custodiam:ne quis aquatū descenderet.Cū igitur tantā hominū multitudinem vexaret sitis,quē magis ac magis estu exardescebat.& plerique seruituti se vel etiam neci mallent offerre:ne vel fame vel siti perirent:Cerealis.(hoc.n.nomē pfecto) ex descendētibus vniuersos esse defatigatos estimās cinxit mōtem ac more militari pollicens salutē:si arma deponerent:recusantesq; iussit feriri.Itaq; extincta sunt illic millia.xi.sexcenti viri:Clotapatē quoq; quadragesimo & octauo die facta irruptione primo diluculo:cū adhuc multo superioris diei fessi labore requiesceret.Primus omiū Titus cū Sabino ingressus cæteris viam præbuit Comprahensisq; superioribus locis in angustiis platearū passim:& ignari adhuc factę irruptionis feriebant.Alii in suis stratis,alii expergefacti:alii vigilātes:sed inedia ac somno soluti pœnas dabant.Ad huc tñ totā vrbē vis latebat malorū.Sed vbi exercitus ingressus militari infremuit vlu latu:ad solū fere subeundę mortis affectū insurrexerūt.Et si qui superiora petere tentauerant repulsi cædebant.Et quibus vlciscendi vis suppetere poterat:ipsa coarctatio vidictā ademerat.Et si qui resistere parabant:irruētibus supra se aliis bello abscōdebant vt.Alii multo fessi certa mine dimissis manibus sese offerebant vulneri:vt vel morte tam feralibus malorū suorum spectaculis eriperentur:Hac deceptus securitate pereuntiū Centurio Antonius rogat9 a quodā q; in speleacon fugerat:vt ei dextram daret:obsidem veniæ & salutis sequestram porrexit illico:doli negligēs & ve miser nimiūsecur9 triūphi:sed ille īcautū spiculo ferit & stati trāsfigit:ne impleta esset incruēta romanis victoria.Illo die interfecti omnes quicūq; inuēti sequētibus autem diebus etiā de Hypogeis & cęteris de fossis specubus producebant vel ibidē extinguebant:exceptis paruulis ac mulieribus.Cæsa per omnes dies.xl.millia qui numero comprehensa sunt in captiuitatem deducti mille cc.euersa & igni exusta est ciuitas & castella eius omnia anno imperii Neronis tertiodecimo.Iosephus:interea inter fauillas vrbis in quodam lacu delitescebat haud nscius q; quasi dux aduersi agminis studiosius requireret.Egressus die secūdo vbi septa aduertit omnia reuertit in lacū.Tertio die mulier quędā reperta cognitas sibi Iosephi latebras quærentibus demonstrauit:sed in lacu pariter.xl.duo viri:q eo confugerant:sese tegebant.Qui vbi aduertebant Iosephū primo per paulinū & Gallicanū a Vespasiano ad spem salutis vocari.Postea p Nicanorē q Iosepho veteris amicitiæ gratia copulabatur:& ideo missus vt dextrā daret:promptius officiū mādati muneris exequebat:circūfusi Iosephū talib9 adoriebant sermonibus.Nunc maior iudæi nominis tnetatur ruina:nunc fauilla tetrior quæ sepeliat & abscondat:splendissimæ disciplinā prosapię atq; omne decus subtuat:quando Iosephus ad triūphū captiu9 reseruari iubet.Quid sibi volūt tam sedula subito inuitamenta hostiū?Quid dona salutis spontanea?Rogantibus vitā aliis non pepercerūt:Iosepho arcersitur:Iosepho rogat vt viuat.Metuūt videlicet ne pompā amittant triūphi:ne desit quē spectet roma captiuū,quē catenatū Vespasian9 ante currum suum dirigat.Ad hæc igit ludibria vis re-

Cerealis Cap.XV

Iotapata capit

Tit9 Sabinus

Iosephus

Ca.XVI Oratio

seruari.Et vnde triūphabūt:si dux eorū defuerit de quibus triūphat? Aut qui triūph9 si amicitia dat victis? Ne credas Iosephe:vita tibi pro mittit:sed parant grauiora morte.Vicerūt te romana arma:nō capiat fraudulentia.Atrociora sunt dona eorū q; vulnera.Illa captiuitatē minant.Hęc libertatem reseruant.Inflecteris Iosephe:& animi quadā fractus mollicia vis esse patriæ superstes? Vbi est doctrina Moysi:q se de libro cœlesti deleri petebat,ne plæbi dñi superuiueret? Vbi est Aaron q inter viuos ac mortuos medi9 stetit:ne mors viuētem populū sæuo cōtagio depascerēt.Vbi est regis Saulis & Ionathæ deuotus patrię anim9 & mors illa pro ciuib9 suscepta:& fortiter gloriosæq; expetita?filius patrē exemplo inuitauit,pater filiū mortis proposito non dereliquit.Qui cum posset viuere maluit se interficiē ab hoste triumphari.Hortabatur armigerū suū dicens.Percute me ne veniāt incircūcisi isti:& pcutiant me & Illudant me quia armiger timuit ipse se gladio transuerberauit.Dignus quē Dauid spiritu prophetico vindicaret:qa se genere amale chita de eius morte falso iactauerat.& gloriā viri q se ipso hosti exemerat imminuendam putauit:vt a se interfectum mentiretur.Dignus etiam quem tantus laudaret propheta dicens.Saul & Ionatha speciosi & carissimi inseparabiles in vita sua:& in morte non sunt seperati.Super aquilas leuiores,sup leones potētiores.Ipse quoq; Dauid cū populū pcuti ab angelo videret,in se voluit cœlestē deriuari vindictā ne peunte populo reseruaret.Postremo vbi lex diuina cui us interpes semper fuisti:quæ pro hac breui vita perpetuā iustis promisit immortalitatē? Vbi deus Hebræorū:q docet iustos mortis cōtemptū habere.Refugere etiā debere terrenum habitaculū anhelare ad supna ad illam regionem paradisi vbi de9 pias animas cōsecrauit.Nunc demū cupis Iosephe viuere quādo nō oportet imo nec licet imo q d mai9 est:nō decet:& carpere desideras lumē istud (ausi dicere) seruitutis qd in alīēa potestate:vt id quādo iussērit rōan9 eripiat:quādo velit carceris tenebris obducat:vt optes hīc fugere nec liceat mori:& quo pudore ad eos ibis qbus psuasisti pro patria mori? Quā excusationem habebisq; tā diu resederis? Expectant quid agas:dicēt iā profecto.Quid morat Iosephq; qui præuenire debuit? cur tam sero sequit? Cur discipulos suos quibus pro libertate moriendū suasit:imitari recusat? Perfetem9 certe nos q; seruire elegeris assertor libertatis:q; mancipiū te romanis addixeris:q; captiuitatem libertati præposueris.Sed esto velis viuere.quomodo hoc impetrabis ab his aduersum quos toties præliat9 es? Quomodo te intuebuntur:qbus oculis:qbus animis? Quomodo iratis dominis & si liceat viuere voles? Aut qs proditorem patriæ non credet fuisse:cui mercedem saluā pditionis videbit? Vtrū malis elige:horū alterū sit necesse est.Vita tua aut præmimuproditionis erit aut seruitutis supplicium.His dictis intentarunt gladios addentes.Si acqescis mori:quasi amici ministeriū præbemus.Si recusas quasi proditi vltionē exigimus.

Moses Aaron Saul Ionathas

Iosephus legis diuinę interpres

Ca.XVII Iosephi ad socios responsio

D hæc Iosephus refert.Et qs velit esse tantæ morti supstes? Quis religat fieri hęres doloris? Quis animā suā nolit ex ipso corpore mortis si liceat absolui? Si non licet soluere:nisi ei q ligauerit.Naturæ vinculo coniuncta est anima corpori? Quis auctor natura nisi omnipotens deus ? Quis hoc animæ & corporis nostri deo placitū cōtubernīū interrumpere ac dissociare audeat? Si qs imposita manibus suis præcepto heili vincula sine arbitrio domini sui detrahat:nomine is grauī pulsasse iniuria suū dominū condemnabitur? Dei possessio sumus:deo seruitiū debemus:quasi serui expectemus imperia:quasi vincti reseruemus vincula:quasi fideles bonū depositū custodiam9.Non recusemus vitæ istius mun9 q d dedit nobis:nō refugiamus donū cœleste.Si hominis data reiicias:contumeliosus es:quāto magis seruare debemus:q d a deo nostro accipimus? Ab ipso itaq; accepimus:q; sumus:ipsius quoq; debet esse vt quandiu velit sim9.Vtrūq; enim ingratū est & citius discedere q velit & diutius viuere q voluerit ipse qui vitam donauit.Nūquit ante festiuitate Abraham? Nun

quid ante ascendit Abarim Moyses q̃ diceret ei ascende in mõtem abarim? Sed dictũ est ascende: & ascendit: & mortuus est: quasi bonus seruulus expectauit domini præceptũ. Ipse Iob qui dixit: pereat dies illa in qua nat⁹ sum: tamẽ in vulneribus & doloribus positus vitæ huius vincla non disrumpebat: sed vt liberaret rogabat dicens. Vt quid datũ est in amaritudine lumen vita aũt in doloribus anima? Laudabat itaq; mortẽ cũ diceret. Mors vero requies: tñ non præripiebat: sed postulabat vt scriptũ est. Concutior omnibus mẽbris: & qa sum ĩpius: quare non sum mortuus? Cur de ventre matris nõ in sepulchrũ decidi. Aut nũqd breue tẽpus vitæ meę? Dimitte me requiescere paululũ. Alius quoq; sanctus dicit. Educ de custodia aminã meã. Petit euadere: petit ex hoc corpore quasi de quodã euadere carcere: nullus tamẽ sanctorũ sibi ipse vsurpat nullus præripit. Si lucrum est mori: furtũ est vsurpare añ expectatũ. Si bonũ est viuere: sacrilegiũ est repudiare anteq̃ reposcatur. Sed gloriosum putatis in bello mori? Nec ego abnuo bonũ esse pro patria: bonũ pro ciuib⁹ in bello mori. Sed belli lege offero iugulũ si hostis petat: si mucronẽ demergant romani qbus de nobis deus victoriam dedit: qbus propter peccata nostra nos adiudicauit. Nec mihi blandior q̃ parcẽdum spondeãt. Vtinã fallãt. Vel hoc lucrũ ferã q̃ me sic timu erũt vt fallerent. vel hanc vltionẽ referã qa frangũt fidem. Malo illorum latrocinio perire q̃ meo. Latrociniũ meũ est si mihi ipse intulero manũ: si hostes beneficiũ. Ergo istud cũ beneficiũ dare possẽt interimendo: seruandũ putauerũt q̃ in potestate habebãt vt captũ occiderẽt latrocinati sunt. Sed pollicemini mihi manus vestrę ministeriũ. Reuera percussor nobis defuit vt nostro scelere pereamus. Nolo meo: nolo vestro scelere pire: qd̃ plus est q̃ meo? nolo mutuo. Hoc est. n. vnũquẽq; nostrũ sibi manus inferre vicarię necis mercedẽ soluere: vt iam non solũ pro suo quisq; sed etiã pro alterius sanguine scelus debeat. Verum regis
Saul Saul exemplũ ponit: ei⁹ certe q aduersus voluntatẽ diuinã rex postulatus est: & offensum meruit dei. Vnde etiã cũ viueret successorẽ accepit. Egregium exemplum viri: cui defuit dei gratia: & tñ voluit mori: qa iam non poterat viuere. Voluit tñ & ipse vt eũ socius occideret. sed ille scelus putauit: recusauit ministeriũ. Non igit vsus consilio: sed destit utus ministerio fecit: vt ipse gladiũ in se conuerteret. Si timẽs fecit ne sibi illuderet: qd laudas qd timoris est? Si non timuit: cur primo aliud elegit? Ego nec illudentes romanos timeo nec mentientes. Saul tñ se solus peremit: non Ionathas non quisq̃ alius in nostra scriptura. Quid mirũ si potuit se perimere qui potuit etiã filiũ occidere? Aaron inter viuos ac mortuos stetit: & hoc virtutis est non temeritatis. Non enim mortẽ sibi intulit: sed mortem non timuit: q eam corpore suo reppulit. & serpenti in omnis obstaculo fuit. Non ego qdẽ Aaron sed tñ non degenet ab eo: offero manus seriant: vt volũt. Si possum eorũ manus timere: dignus sum q manibus peream meis. Si peunt illi aduersario: cur ego non pereã mihi? Si quæritis cur parcere velint: & in hoste virtutẽ mirãt? Tanta est. n. virtutis gratia: vt frequẽter etiam hostẽ delectet. Noscis etiã ipsi quanta intuleri exitia romanis: quo modo victores omnium gentiũ Iotapatę ignobilis vrbis diuturna obsidione ad Hierosolymitanæ vrbis excidio auerterim. Breui damno totius belli aleã lusi. Didicerũt cęteri meo piculo pacẽ optare? fortasse ad hoc reseruamur: vt nõ deterreant cęteri: sed ꝓuocent. Sed suaue asseritis mori ꝑ libertate. Quis negat & illud? tñ dulce viuere ꝑ libertate. Nam cũ amicitiã offert libertatẽ ꝑmittit. Qd̃ si seruitutẽ inferat tũc erit certe oportunior moriendi voluntas si oportuerit mori. Nũc aũt vitã: offerũt nolunt occidere. Timidus autẽ est & qui non vult mori qñ oportet: & qui vult qñ non oportet. Quis em̃ ignorat fœmineę timiditatis esse & muliebris formidinis ne moriare mori velle? Deniq; pauidę mulieres vbi aliqd̃ immiere sibi periculũ cognouerũt: solent se præcipitio dare. Angusti enim animi molem formidinis & metũ mortis sustinere non queunt. Vir autẽ patiẽs qui præsentia non timet. & futura cogitat? nescit trepidare: vbi non est timor. Deniq; scriptũ est qa animæ effœminatorũ esurient: quæ ci-

bum vtiq; virtutis non habentes esuriunt. Ideoq; ad mortem ante tempus festinant. Neq; enim repletus cibo gratiæ spiritalis sibi ipsi manus irrogat: quũ scriptum sit: quia os imprudentis mortem inuocat. Et iterum dicit scriptura. Et qui nõ curat seipsum in operib⁹ suis: frater est eius qui seipsum exterminat. Condemnatur ergo qui seipsum percusserit. Quid enim tam contra legem naturæ? Quid etiam tam contra naturã omniũ animantium? Quibuslibet feris licet atq; agrestibus insitum est se amare. Naturæ enim lex valida est viuere: nec sibi mortem asciscere. Deniq; ferro in se armari: omnia genera animantiũ nec si velint possunt. Informem leti laqueũ homines inuenerunt: feræ nesciũt. Sed morsus ferarũ arma sũt: dentes eorum gladii. Quando tamen quisq̃ audiuit q̃ sibi aliqua fera proprio morsu membrum ademerit? aduersum alios faucium suarum armis vtuntur: aduersum se osculis. Nobis quoq; quid tam dulce q̃ vita? Quid tam inimicum q̃ mors? Deniq; qui vitam protexerit patronus est: qui mortem appetere tentauerit insidiator est. Quod ergo in aliis execramus si nos appetamus ipsi nobis volumus inferre: & quod ab aliis pro pœna exigimus: hoc ipsi nobis irrogamus pro gratia: & gubernatorem si commissam sibi nauem saxo illidat: persequimur: nos commissũ nobis nostri corporis gubernaculum ferro extinguimus: & voluntario naufragio addicim⁹? Sed obiicitis mihi mortem maturam: cum in potestatem hostiũ fuero deductus. Quid ergo lucrifaciam si quod ab hoste metuo hoc ipse mihi inferam? cum possit accidere vt quod suadetis mihi facere non faciat inimicus? Huiusmodi istud est: ac si videns gubernator tempestatem futuram: tempestatis gratia declinandæ nauem fluctibus immergat. An quia grauiora supplicia exacturus est aduersarius: ideo præueniendum putatis: vel quia strenuum arbitramini vt in nos ipsi ferro vtamur. Sed id imbecillitatis suffugium est: non virtutis trophęum: captare lucrum suppliciorum. In hoc igitur inhæremus: q̃ nec insignia habeat fortitudinis: nec profectũ vtilitatis. Quid autem arte xam violati depositi religionem? Deus omnipotens thesaurum nobis optimum dedit: atq; inclusum in hoc vase fictili: & consignatum commisit nobis custodiendum quoad ipsi placeat reposcere. Nonne in vtroq; crimen est: vel reiicere depositum non reposcenti: qui dederit: vel reposcenti negare? Si hominis depositum violare pœna infamiæ est: quanto magis violare depositum dei? Depositum dei anima est in hoc corpore: anima quæ mortis isti⁹ capax non sit. Non enim vllo mortis vinculo astringitur atq; illigatur: sed videtur mortem operari cũ soluatur corpore: atq; a commisso sibi contubernio seiungit. Cum igitur ante repetitum depositum mortem irrogamus: & animam quasi inutilem nobis remittimus: atq; e domo nostra excludimus: & corpus sine decore & gratia sui in terram resoluimus. Cur exeundi hinc præceptum non expectamus? Miles thesseram expectat: seruus imperium. Si quis horum sine præcepto exierit: alter desertor: alter fugitiuus est. Qui hominem fugit: pene est obnoxius: q̃uis improbum fugerit dominum. Nos optimum omnium fugientes: possumus non astringi pietatis flagitio? Num etiam illud præterit nostram opinionem: q̃ apposuit deus angelum in circuitu timentium eum. Est ergo qui prohibeat nisi præceptum acceperit? Si nullum præceptum: nullum viaticum. Et quomodo perueniemus sine viatico? Quis non recipiet in illo puro & secreto loco? Quis non admittet ad illa sanctarum animarũ consortia? Adã latebat qa præceptũ dei præuaricat⁹ est: exclusus est de paradiso: qa nõ seruauit mandatũ. Dicit ei. Adam vbi es? Quasi ei qui fugerit: quasi ei cui⁹ apud deũ nõ est prefetia. Nõne & mihi dicetur vbi es? qui præter præceptum venisti: quem ego naturalib⁹ vinculis non relaxaui? Tollite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus: & stridor dentium & dolor:

Egesippi de excidio hierosolymitano.

Hæc non solum moribus hominum: sed etiam legibus interdicta accepimꝰ. Namq; alii insepultos proiici iubent eos qui in se ferrum deiecerunt. Dignum est enim vt qui patris imperium non expectauerunt: priuentur quasi quodam matris gremio: terræ sepulchro. Alii dexteram manum abscidunt defunctis: vt separetur a membris sui corporis quæ aduersus corpus suum vesano militauit furore. Sed hunc exitum sacrilegi ferunt: aut proditores: vel percussores parentum: qui verum patrem non agnouerunt: nec se recognoscunt. Ideo aut penitus sepeliri prohibentur: aut non toti sepeliuntur. Animas quoq; eorum non paradysus recipit: sed inferorum tenebræ: fœuaq; supplicia. Hæc mihi reputanti: q̃q̃ omnia erepta sint: sola tamen terrori ac formidini sunt: nec mihi ipsi inferam quæ nec hostis poterit inferre: & illa paradysi eripiam: quæ Romanus adhuc non potuit eripere. Certe accelerare potuit: non poterit auferre: q̃ sola impatienter desiderio. Non enim vitæ huiꝰ vlla vitæ cupiditas tenet me: in qua nec apud ciues: nec apud hostes cepi quod delectaret. Isti mihi pacem negarunt: illi patriam eripuerunt. Inter tot mala quid potest suauitatis in hac vita superesse? Tu modo omnipotens pater qui naturæ auctor atq; arbiter es: honestum largire exitum: tu rumpe naturale hoc vinculum: redde animam meam secretis suis. Extinctus sit populus: ereptum ius: libertas infracta: non præuaricabor tamen legem tuam vt moriar iniussus. Expecto vt iubeas: expecto vt volentem liberes. Multos habes tui executores: a te expecto imperium: ab executore ministerium. Bonum est mori: sed moriar vt Hebræus: non vt latro: non vt carnifex: non vt hostis. Victus sim licet bello: manebo tamen quod natus sum: vt Abrahæ patris hæreditatem non deseram. Non transibo in numerum hostium: vt ipse meus percussor sim. Offerre me hosti percutiendum sine pietatis possum dispendio manus meas mihi in hostem conuertere sine scelere non possum. An vero metꝰ est: ne non liceat nobis secundum legem viuere? Reuera nisi magna libertas est: quibꝰ nõ licet secundum legem mori.

Cap. xviii.

Hæc Iosephus allegabat: quo euacuaret voluntariæ mortis affectionem. Sed illi qui semel sese morti deuouerant: quia verbis resistere non poterant: gladiis quasi feriturí illico virum circunstetere: nisi acquiescendum putaret. At ille circundatus: alium ducis reuocabat auctoritate: & virtutis constantia: alium seuero obtutu conueniebat: Huius reuocabat dexteram: illius inflectebat iram: mulcebat consilii salubritate. Diuersis modis vnicuiq; irrationabilem extorquebat furorem. Etenim q̃uis vltima sors victi dignitatem extorserat: non penitus tamen aboleuerat reuerentiam. Paulatim itaq; deponebãtur manus: recondebantur gladii: tamen intentio perseuerabat. Quum videret vnum a pluribus se obsessum teneri: siue casu quodam: siue consilio commentatus est: vt minuerat numerum repugnantium. Committamus inquit sorti moriendi ordinem: vt se nemo subtrahat quum sors conueniat vniuersos. Istiusmodi conditio sit sortis: vt is qui sorte exierit: ab eo qui sequitur interimatur. Itaq; fore: vt sors vnumquenq; non propria voluntas morti adiudicet. Stet igitur vnusquisq; sub sorte iudice: & exors sceleris: & liber captiuitatis: vt non alieno arbitrio sceleret: nec declinet suo mortem futuram. Nemo excusare poterit euentum quem vel casus intulerit: vel voluntas dei signauerit. Fidem fecit oblatio: & vniuersorum assensus sorti acqeuit. Quisq; sorte est designatꝰ: paratam sequẽti necem præbuit. Itaq; accidit: vt interemptis reliquis: Iosephus cum altero superesset neci. Manebat necessario: vt aut sorte condemnaretur: aut certe si exitio superesset: sanguine socii contaminandus foret.

Suadet vt sorti renuntiaret. Sic domesticum euasit prœlium: & per Nicanorem ad Vespasianum deducitur. Fit concursus ad eius aduenientis spectaculum: Romanis fere omnibus confluentibus: alii videre deiectum desiderabant: quem paulo ante in amplissimo honore positum summæ rei præesse intuebantur: alii certabant capto illudere: alii vices rerum humanarum tam varias atq; flexibiles mirabantur. Plaq; consultius ingemiscebãt: qui in alienis casibus sibi posse eadem accidere putabant. Titus præ cæteris mouebatur: ingenita animi mansuetudine: illum bellatorem superbum dudum subito potestati addictum hostium: alieni motus sortem operiri vitæ naufragium exulem spei: incertum salutis. Tantum valere momenta in prœliis: vt breui casu dispares sui reddant: cum aut potentes eiiciũtur: aut afflicti leuantur. Itaq; pars melior eorum scilicet qui honore potiebãtur: mitiora consilia dabant: maxima tamen portio salutis apud patrem Iosepho Titus fuit. Vespasianus eum adseruari præcepit ne forte elabereť. ¶ Inde paucis post diebus Ptolemaidem repetit: atq; inde Cæsaream contendit: vrbem Iudæę maximam: sed magis gentilibus refertam inhabitantibus. Vnde cum plausu & lætitia suscepere exercitum Romanũ. Non solum Romanæ societatis exoptata sibi gratia: sed insito quoq; odio plæbis Iudæę cuius principem Iosephum oportere puniri maximis clamoribus vociferabantur. Quam Vespasianus vt vulgi iram sine iudicio conceptam silentio dissoluit. Et quia ad hyemandũ & tempus oportunũ: & ciuitas erat: duos ordines in Cæsarea constituit. Decimum quoq; & quintum ordinem in vrbe Scythopoli: ne Cæsarea totiꝰ onere exercitus attereretur. Ideoq; vrbs memorata Dianæ Scythicę consecrata: tanq̃ a Scythis condita. & appellata ciuitas Scytharũ: vt Massilia Græcorum. Situs loci declarat ingenitã duritiã conditoris patentia magis camporum: q̃ conducibilia habitationis vsui delegisse. Namq; aperto & aspero hyemis: & feruenti tempore æstatis plus laboris habent q̃ delectationis: quoniam & hyeme plus frigori patent: & grauior in his locis æstatis flagrantia est: in quibus solem totũ recipiũt sine vlla arui virentis amœnitate. Itaq; campestris & maritima regio memoratæ vrbis: etiam æstu maris amplis vaporabať. ¶ Nec tamen negociis bellicis Vespasianus vacuus erat. Cognito etenim diuersis ex locis ad vrbem Ioppem sese contulisse plurimos: eamq; sibi oportunam ad excursus pyraticos: reparatis ædificiis quæ a Cestio destructa fuerant instaurauisse: quoniam vastata regione: subsidiũ alimoniæ quærebatur: diligẽter exploraui omnia. At illi statuentes huiusmodi nauigia quæ vsui prædonũ accomoda forẽt: speculati commeantiũ transitus vniuersa prope Phœnicis atq; Aegypti commertia populabanť adeo vt crebræ prędationis terroribus omne illud mare clauderent: atq; indubii periculi metu nauigandi vsus interciperetur. Quo comperto pedestris militię manum & equitum plæroſq; pergere iubet: & nocte Ioppen ingredi. Quod facile factũ fuit: cum custodia nulla ciuitati præt enderet: quoniam euersæ vrbis fama nullas exercitatura Romani cura ducis æstimabať. Præsentes tamen erant: sed non ausi resistere atq; ingressum negare Romanis aduenientibꝰ: nauigiis ascensis vltra iactũ progressi sagittę in mari pernoctauerunt.

Iosephꝰ capitur.

Cap. xix.

Scythopolis

Massilia

Ca. xx.

Ioppe.

De Ioppes situ.

Res postulare videtur situm littoris eius: quo præexitur Ioppe breuiter exponere: vt quemadmodum sine vllo prœlio prædictæ vrbi secunda clades fuerit liquido manifestetur. In portu orta est natura ciuitas: cuiꝰ ab ora maris littus asperum directumq; sed cornibus vtrimq; leuiter inflexum: in quibus profundæ rupes: saxaq; ingentia quæ mari prominẽt Et cũ de imo maris surgãt in mare excurrũt tñ: vnde etiã Andromedã illic fuisse cũ cęto obiectaret formę locorũ: atq; ipse rerũ species prodere videť: nõ mediocrẽ vetustis fabulis fidẽ accõmodãtes. Cędẽtibꝰ itaq; littꝰ aduersis Boreę flatibꝰ

Immane quantũ vndę attolluntur:quæ scopulis illisæ fragorem ingentẽ excitant: atq; in fluctus relapsæ inquietum illum maris sinum reddunt:vt plus periculi in portu q̃ in deserto sit. In eo igitur fluctuantibus scaphis quas ex Ioppe vrbe productas supra diximus: ad matutinum flatus væhemens irruit:quem Melamborium per ea locorum nauigantes vocant: statimq; inter se vndis impellentibus scaphas miscuit: atq; inuoluit. Alias ruptis anchoralibus egit in petram:aliis cum in aduersum mare violenter subrigerent:saxosi littoris periculũ vel a Romanis clades occurrit: vndaq; præcelsa mole supereminens: oppressos demersit. Confugiendi nullꝰ erat locus:nec manendi spes: cum vẽtus de mari expelleret:Romani vrbe excluderent.Grauis erat nauigiorum sonus:quũ inter se collidereñ.Intolerabilis hominũ gemitus cum frangerentur.Qui vbi vacillantibꝰ alueis videbant mare irrumpere:alii se præcipitabant natandi peritia: alii dũ appropinquantes exiliunt scaphas in mare lapsi concursu alueorum proterebañ.Plaricq; cum ipsis in profundo sidebant myoparonibus:quos enatandi fiducia destituerat:minore tamen cruciatu quibus ars deerat:vel spes vlla tentamentorũ. Qui se circunfuderant littori nautis fugientibus:idem & littoris periculũ:& a Romanis clades mors transfigebat.Cæterum natare adorsis conuulsa nauium fragmenta crebris quatiebant ictibus lateribusq; illisa miseros artus fœde mulctabãt:aut scopulis impulsos inter ipsa amplectendi littoris vota mors seq̃bat:qualecũq; tamen habentes solatiũ in terris perisse.Miseranda itaq; facies erat cum excusso infelicium cerebro cautes aspergerent:sanguine maderent littora.Cerneres infectum cruoribus mare:repleta omnia cadauerib̃us.Et si qui forte euaserant:appropinquãtes littori interficiebantur:æstimantibus Romanis q̃ non ex iocoꝝ asperitate vsuq; ventoꝝ in illis locis desęuiret procella:sed diuina indignatione præter solitum cõspirantibus ventis mare inuoluereturne ludæi euaderent:& ideo metuentibꝰ eis parcere quibus deus non pepercisset.Fuere qui se ferro interficerent:tolerabilꝰ rati ferro q̃ naufragio perire.Alii qui contis protrudere volentes nauigia perforauerunt :nonnulli qui lapsos in mare si forte orarent vt a nauigantibus eleuarentur:remis repellerent: aut telo ferirent. Quod ideo non prætermisi:quo clareat ab ipsis sibi ludæorũ populis:q̃ ab hoste periculum maius fuisse: qui seipsos interimebant:quasi exigua essent ad eorum exitium infesta simul omnia:cœlum: hostis:mare:rupes.Quattuor itaq; milia quingentaq; defunctorũ numerata corpora:quę de spuerat mare:sine bello capta vrbs:& excisa a fundamentis.Sic in breui tempore secundo Ioppen Romana manus diruit.Quod iure Vespasianus præcipiendum putauit: ne iterum illic piratica conderentur habitacula. Vnde & equitatum eo loci illic cum peditibus pauciorib̃ licet proficiscens reliquit:vt pedites in loco manerent:ne quid accideret prædonum manus assueta latrociniis:equites autem percursarant fini tima regionis:vicosq; & oppidula:quo penitus omia ne conspirarent in aliquos ausus diruererentur.

Ioppe iterũ capit.

Cap.xxi.

Vm hæc in Ioppe gerunt:q̃uis procul Hierosolymam degerent:ne sic quidem a consortio cladis feriabãtur.Auditis enim quæ gesta a Romanis fuerant in Iudæa:& maxime quia Iosephum interfectum compererãt: primo quia nemo de locis ad eos index aduenerat non credebant:deinde ducem tantum non temere in manus hostium incidisse arbitrabantur. Et reuera nullꝰ nũtius rantæ cladi superfuerat:& hoc ipsũ supremi excidii fama:qa nullꝰ index supererat:astruebat perisse omia: nihilq; resedisse:vel ad indiciũ rerũ gestarẽ manebat opinio quouis maior relatu:q; ipsa incertos dũtenẽt silẽtia:credebant oia q̃ timebant:rãtũq; aberat quo verius aliqd nuntiareť:vt etiã q̃ gesta nõ fuerant adiicerent. Nã Iosephũ quoq; interfectũ fama adseuerauerat.Idq; dolori maxio fuit vniuersis.Sed vbi eũ

apud Romanos degere compertũ:tanto odio persequebañ:vt cuius primo mortem dolebãt eiusdẽ vitam vel ignauiæ:vel pditionis indicẽ detestarenť.Hinc maior in Romanos cõmotio vt se de Iosepho vlciscerenť.Et quo magis eorum res inclinabãt:eo amplius in bellum accẽdebantur. Vbi finis esse debuerat:inde exordium malorum capessebatur. Nam sapiẽtibꝰ aduersi rerum exitus:ad cauendũ magis documento sunt:ne rursus eadem accidant quæ iam male cesserũt.Imprudẽtibꝰ autem incentiuum miseriarum.Debuerat ergo Hierosolymitanis cautia sobrietatis esse sociorum periculum.Sed quia noluerunt intelligere vt bene agerent:in exitium vertit.

Ca.xxii.

Emerarii nũccine demũ vobis diuinũ auxiliũ affuturũ speratis: quãdo permiscuistis omnia bello: altaria violastis: diruistis totius vrbis munimenta. Temerarii inquit: & vestrorũ immemores auxilioꝝ: scuta & gladios parastis: & hoc aduersum Romanos. Non talib⁹ armis vincere solebatis. Quãdo enim in hasta & gladio fuit Hebręoꝝ victoria? Recordamini vnde orti: & a quib⁹ sitis profecti: quomodo patres vestri hostes suos vicerint. Temerarii quem vobis adiutorem eripuistis: dũ aliena subsidia deposcitis? Nõ in multitudine populi: sed in timore Dei pater Abraham penetrauit Aegyptũ: & cũ abductę cõiugis captiuam videret pudiciciam: bello tamẽ assumpsit piæ orationis arma: defensorẽ adhibuit qui dormiẽte eo vinceret: & expugnato hoste intaminatam sibi cõiugem repræsentaret: Redit Sara sine armis referẽs viro triũphalem victoriam. Dormiebat Abraham: & torquebat Pharao. Metuebat Sara: & Pharao crimẽ negabat. Eiiciebat alienã & dãnato crimine: honorabat castimoniam quã spoliare desiderauerat. Addidit aurũ: argentũ ad Saræ pudorem: vt cõdemnaret volũtatem facinoris expertem. Rogat patrem Abraham vt pro sua ad dominũ familia deprecaretur. Erat enim infœcũda dom⁹ ei⁹. Remeat Sara ditior saluo pudore: reuertit Abrahã sanctior: q coniugalis pudiciciæ remunerationem sterilitatis remedio compensauisset. Quid de filio ei⁹ Isaac loquar? Is quoq; patrio freṭ⁹ munimine: aduersus finitimi potẽtis insolentiam: nõ armatas produxit acies. Et certe habebat .cccxviii. vernaculoꝝ validam manũ q̃ reges qnq; bello superauerat: spoliis exuerat: captiuũ Loth Abrahæ patruo restituerat. Non gladium vagina exuit: sed solam aduersũ inuidentes patientiam induit: simplicitatem rettulit. Venerũt rogantes qui exterminandũ denũtiarent: poposcerãt amicicią qui finitimũ nõ serebãt. Cõtremisco tãta patrũ recẽsere mirabilia. Iacob sanct⁹ Esau fratre parricidiũ minitãte patriã reliqt: parẽtes deseruit: soli⁹ secũ orationis ferens viaticũ: meritoq; in peregrinis locis cũ fratris metueret insidias: & hoim comitatu: atq; auxilio egeret: inuenit angeloꝝ cõsiliũ: p duct⁹ vt ait ad castra dei: colluctat⁹ est dño: & sicut dicit scriptura p̃ualuit deo q̃ imparẽ se hoibus arbitrabat. Quid aliud Moyses aduersũ regẽ ægyptioꝝ exercitũq; & dracones ei⁹ nisi so-

lã virgã leuauit? potẽs virga q̃ cœlũ tenebris obduxerit: terrã ĩbrib⁹ inũdauerit: siccauerit mare fluctibus: cixerãt hebræos ægyptii: orabat Moyses & nõ dimicabat. Diuisũ ẽ mare & popul⁹ ĩ trauit: sequæbat Pharao: Moyses inter fluct⁹ posit⁹ orabat. Demers⁹ est cũ suis Pharao: cantabat Moyses. Quis hæc & talia considerans nõ admiretur: & nõ intelligat in oratiõe nobis meliora eẽ arma q̃ in virtute? Illa em̃ sibi diuinũ auxiliũ adhibet: hæc corporis. Didicit hæc arma q̃ non carnalia sunt: sed fortia deo Moysi discipulus atq; idem successor Iesus naue. q imitator & suppar magistri: iordanis aquas cõuertit retrorsum: idemq; quũ in expugnabiles Hiericho vrbis muros videret: sacerdotes tuba canere iussit: iubilare populũ: quo facto repente cecidere muri: atq; exusta ciuitas est: & omnes necati sunt: nisi quos Raab bone meretricis fides a memorate vrbis excidio defẽdit. Gedeõ quoq; trecẽtos viros ad bellũ elegit: eosdemq; nõ arma p̃ferre sed mysteria præcepit. In manu leua hydrias aq uę plenas tenere. In dextra faces: qua specie pculsi hostes fugere illicoq; atq; ad hebræos victoria puenit. Intermissa erat sacrę cura religiõis Heli sacerdotis negligẽtia: diuina imperia deserebãtur: irrogatũ ab Allophilis p̃liũ. Victi hebræi capta etiã archa dei est: & sine armis reddita illis: quo iudicio claruit q̃ & sine religiõe arma nõ vincant & religionẽ sine armis vincere. Ezechias rex infuso assyriorũ populo gẽti iudæę votis rausacis imperio Gennacheris regis quæ ĩ deũ iacerent cõuitia: quæ populo q̃ suppræma exitia denũciarentur: satis cõperisset insinuantibus: nõ verba verbis: nec arma armis referẽda credidit: sed exurgẽs cilicio se vt scuto induit: pro galea cinere caput texit: pro iaculis orationẽ intorsit. Ascẽdit oratio descẽdit angelus: cæsa per noctẽ assyriorũ. clxxxv. millia cadauera numerauimus: pcussorem nõ vidimus. Præterierã de gnq; regibus quos inconsulto domino bellũ adorsos p desertũ meantes: aquæ inopia vehemẽter afflictare cœperat: ipsosq; & equuos eorũ sitis vexare. Necessitas prętermissum officiũ reparari coegit. Erat .n. rex israel negligẽs circa dei cultũ. Admonitus tamẽ ab aliis vt domini prophetã reqreret: cognouit Heliseum ab hisdem in quibus degerent locis non longe abesse: misere oratũ auxiliũ orationis & remedia necessitati Licet offẽsus erat regi israel qa pfid⁹ nõ credebat: pmisit tñ & vbertatẽ aquarũ & victorię celeritatẽ Manare cœpit a qua p desertũ & spõte se siñ vllis ĩbrib⁹ ifũdere terris flueta. Surgẽtes adversarii quos securos victoriæ sõnus vberior laxata p̃sterat sollicitudine subito videre sole fuso rutilare aquas: sunt pter populos bellatũ putarũt quoq; sanguine terra maderet. Itaq; in pdã festinantes passim sine ordine sine modo currere. ali⁹ aliũ præuenire: sic præcipites in mediũ progressi hostium vallati interfectiq; ingentẽ suis stragem dedere: ita auctus propheta a patribus nostris sitim pariter & metũ depulit: idẽq; aduersus famẽ auxiliũ tulit. Nã cũ obsidereṭ Samaria atq; ĩ ea clausus maneret rex israel grauis eos vrgebat fames: vt ne a nephãdis quidẽ alimẽtis abstineret: cõuentus propheta tantę miseriæ deformitate: simulq; regis nũcio q̃ putaret. p phetę dissimulatione famẽ adoleuisse: respondit: Sequẽti die & vbertatẽ frumenti & vilitatẽ videbis. Non credenti nũcio dixit: ipsum qdẽ quia nõ ctederet nõ visurũ promissorũ tamem sidem nõ defuturã. Subitoq; per noctem in castris syriæ hinnitus equorũ curruũ fragor: quadrigarũ currẽtiũ fremitus: armorũ sonitus auditu metũ incussere victoribus: q̃ in auxiliũ hebræis multæ ac valide gẽtes cõmeauissent: ac sese imminẽti vt arbitrabant̃ piculo fuga eximere p perauerũt. Nox cõsiliũ maturauit: terrorẽ auxit fugientibus: itaq; syris omnes quas inuaserãt copias in castris die sequẽti repte Abũdatia vilitatẽ creauit: vilitas fidem impleuit: mos increduli ipsi quidem fructũ eripuit: publicũ tñ remediũ non impediuit. Liquet igit̃ plurimos patrũ duces cũ minime prælianent̃: victoriã adeptos. Alios quoq; bello superiores fuisse: quibus consulentibus bellandi ius oraculo permissum foret. Deniq; vict⁹ Amalech: sed cũ Moyses man⁹ euaret: vicit Iesus naue cũ solẽ statueret. Vicit & Gedeõ cũ in aqua dimicaturos probasset. Sãlson etiam cũ adhuc intaminatũ crimẽ seruaret: vicit & Samuel: sed cũ adiutorem lapidem figere proposuisset. Triumphauit Dauid cum Bethsabeam hoc est filiam sabbati suo coniugio

propheticis ministeriis copulauisset: vicit etiã bello ciuili qd refugiebat illatũ nõ inferebat. Nil cũ bello ciuili fœdius: nisi sol9 q potuit inferre: vicit ab Asaph prœlio: sed postea q̃ desperãtibus suis: q̃ numero essent inferiores dixit: nihil interesse pauci an plures sint cum deus paucos timẽtes se: pluribus faciat validiores. Bonus profecto fide si vsq̃ ad finem perseuerasset: vicit & mulier armis quæ fidem deo reseruauit. At vero Saul victus est: qa dei præceptũ nõ custodiuit. Vulneratus Iosias qa cõtra impiũ in hostem processit: Sãctus cęterũ & ideo raptus ne captiuitatem nostris debitam peccatis videret. Clamauit necao: nõ sum ad te missus: ferẽs eius fidei testimoniũ: sed inuoluit eũ sicut ante amasiam cõsortiũ de generis societate. Denq̃ & ab hoie dei monitus erat vt illos quos ad belli societatem cẽtũ argenti talẽtis cõduxerat dimitteret: si vellet vincere. Cui dubitanti q̃ tantũ precii amissurus foret respõdit propheta q̃ haberet dominus plura: vnde etiã argẽtũ eidem restitueret: quo fretũ cõductis renunciasse auxiliis vicisse cũ pauciorib9 ne ipsum quidem deo tantæ victoriæ mercedem soluisse: sed illico ipsis simulacris quæ victor ceperat detulisse sacrificia quasi eorũ beneficio vicerit quæ in prædam captiuitatis redegerat. Sedechias ipse incũbẽtibus: iam patriæ ruinis p Hieremiã cõuentus prophetã cũ hostili obsidione premeret: vt vrbem egrederetur nõ metueret victorẽ futurũ si cœlestibus impetiis obtemperaret: aut captiuũ si defendẽdũ putasset. Infidelitate semetipsum & suos decepit. Abductus erat ab assyriis populus iudæorũ in Babyloniam: reliqui ad ęgyptios transferre: se q̃ resedẽt deliberabãt. Mandauit dñs p Hieremiã prophetã & cęteros vt vnius gentis essent imperio cõtẽti: ne geminata captiuitas erũnã augeret. Verũ illi post habẽtes oracula dei facti sunt duarũ captiui gẽtiũ: q̃ vnius gentis iugo exire ĩpatiẽter desiderauerant. Itaq̃ in ægypto exules pseuerauerũt. At vero illi q̃ in assyrios ducti sunt: expleto tempore captiuitatis qd p peccatis populi dominus cõstituerat postea Cyro imperãte remediãdi facultatẽ adepti reuertẽrũt cũ gratia. Rẽouatũ dei tẽplũ ẽ: regũ opib9 Cyri & Darii cęterorũ q̃ psarũ mũerib9. Ipsi ita q̃ euertẽrant reparãdi sumptũ dederunt: restituerũt etiã ius sacerdotũ: cultũq̃ iuuerũt religionis. At vero nostri dũ sacerdotiũ inter se competũt & apud parthos ambiũt cõferri sibi memoratũ honorẽ de religione mercaturã fecerũt. Quid de babyloniis querimur. Nostros exptisumus deteriores. Illi nobis reddiderũt ius religionis: illi sacerdotũ creationẽ restituerũt & nostri cam psis refudere. Illi sacerdotales infulas pmiserunt nostræ potestati: nostri eas babyloniis vectigales fecerũt. Quid adiiciã cruẽtatũ sacrariũ sanguine: madẽte sacra limina: semiruta adhuc stare templi fastigia! Minor est circa nos ira dei q̃ nostra contentio. Illa nos captiuos fecit ista sacrilegos. Illa dissẽinauit iudęos: hęc sustulit. Cõferte si videt qd iterfit iter captiuitatẽ nostram & seditionẽ nostrã. Captiuitas nostra gẽtibus infudit nostræ religionis cõsortiũ: Seditio nostra etiã iudæis ademit religionis gratiam. Quis aũt romanos in iudæã introduxit nisi hyrcani & Aristoboli cõtẽtio! Quis Sosiũ nisi Herodes! Quis Antoniũ nisi Sosi9! Quis cæsarem implorauit sibi regẽ nisi vos! Quis præter vos Antipatrũ regno expulit: & libertatẽ in Antipatro! Et tamẽ non reprahendo neq̃ abnuo Florũ in vos scelestę cõsuluisse. Sed querela romanis deferenda fuit: nõ arma inferẽda. Spreuistis Neronem: sed Vespasianus successerat: q̃ benign9 natura: benignior tñ etiã studio esse potuit: qa in iudæa imperiũ assumpserat: aut si non mouebat pietas virtus certe eius vos debuit adigere: vt vobis cõsuleretis. Sed quomõ vobis nõ paceret: q̃ pepcit Iosepho! Cui em̃ ifestior q̃ mihi esse debuit! Quis maiora aduersum rõanos munimenta extruxit! Quis studiosius pro patria decernẽdũ putauit! Post q̃ vobis bellandi cõplacita cõditio est: bellorũ quidẽ initia non probabã: sed suscepta nõ deserebam: testant hoc Iotapate vrbis quæ bellantem adhuc me texerunt fauille bello non destitisse: me post eius ciuitatis ruinas delituisse quo ad potui. In illo euersæ vrbis sepulchro ptulisse famem ne romãis me traderẽ Quęsisse veniendi ad vos effugia: sed deprehensum non sponte egressum maluisse perire cũ meis: sed pepercisse: cæsarem optasse vobiscum potius periclitari: non q̃ pbarem consi

liũ: sed quo eligerẽ periculi vobiscũ cõsortiũ. Gratias tñ deo q̃ tanti sceleris nõ incidi societatem ne seditionũ incẽtor existimaret: aut qa his misceri neqbam parricidiũ qd manu declinare poterã vel morte implerẽ. Certe ne sanctissimã matrẽ pro me dilacerari cernerẽ: meorũq̃ dispergi viscera: quæ miserãda quidem: sed tamẽ tolerabili9 est ea pati q̃ fecisse. Quid igit adhuc expectatis! An signa maiorũ! Non ea nobis merita: nõ ea circa dei cultũ officia. Nõ ea romanorũ quæ assyriorũ infidelitas: q̃ accepto precio discessionis fidẽ fregere: nec recedẽdũ sed acrius ingruẽdũ putarũt. Quinetiã vt ex accidentibus colligamus diuinæ motũ sententię: deũ iudæis aduersari certũ ẽ. Denq̃ Siloa quę ante bellũ sicca fuerat: & omnes extra vrbẽ fontiũ venę quę diu fluere cessarũt vt aqua nostro deesset vsui: nisi precio quęsita: nũc in vsus redeũt suos: & Tito se aduenięt irefundũt. Scaturiũt vberes venę: atq̃ ita aquarum redũdãtiũ omnia replentur: vt non solũ exercitui large ad potũ exuberẽt: sed etiã equis bellatorib9 ac iumẽtis pecoribusq̃ vniuersis hortorũ quoq̃ irriguis nõ desit aquarũ abundãtia: vt tanq̃ adnitẽtibus elementis victoriæ romanæ largiores credas fundi meatus. Recognoscimus prodigia supiora: quæ etiam tunc nostræ vrbis præuenerunt captiuitatem: cessauit aqua iudæis refudit se hostibus: ne siti obsidio impediretur. Nec mirum est si recessit a iudæis diuina gratia: quos tanta flagitia circumuallarunt. At vero bonus vir plenum horroris refugit diuersorium: & domũ suã deserit si qd in ea cõmissum sceleris agnouerit declinat indignę habitatiõis cõsortia: execrat cõuersãtiũ iniqtates: et dubitamus de summo & immaculato deo q̃ abhorreat tantorũ cõtagia flagitiorũ: & funestorũ sceleru auersẽt atrocitatẽ: nec demoret in parricidarũ cõciliabulis: q̃ dathan & Abiron: qa Moysen et Aarõ ꝓripiendo sacerdotii munere lacessiuerãt separati ab innoxiis præcepit: ne pios aut macula cõtaminaret de cõsortio noxiorũ, aut pœna inuolueret: sed quid ego diuti9 sermonibus immoror: cũ plena horroris & gemitus omnia circũfundant: tẽpliq̃ excidiũ properet! Qui istud oculi spectare: qui sensus ppeti: qs tolerare potest animus! O saxis duriores: ferro rigidiores: q̃ in tãtis rerũ humanarũ prodigiis adhuc inter vos tãq̃ ad virtutis emulationem de scelere certatis: & qd est grauius vos ipsi patriã destruitis acq̃ eius augetis ruinas Cõuertimini aliquãdo respicite iudicate & videte pulchritudinẽ patrię quã pdidistis: q̃ vrbs qd templũ: quæ sanctorũ domicilia: sacrorũq̃ penetralia: quę pphetarũ opera vestris manibus euiscerant. In hæc quisq̃ flãmas ducit & spargit ignes: & incẽdia ministrat: nec vllo affectu mouetur! Rupiũ si sentiret rigor resoluerẽt. Certe & insensibilia plerũq̃ im maximis rerũ acerbitatibus sensus speciẽ mẽtiunt: vt scopuli trem ãt: & madẽtes sanguine guttę fluant. Vos autem ĩmobiles pseueratis: vt qd melius post hęc supsit: qd dignius q̃ d reseruetis. Postremo si ista nõ mouẽt: qa apud pios prestantiora sunt vestrarũ saltẽ miseremini necessitudinum: ponite ante oculos filiorũ vestrorũ neces: aut ferro: aut fame quæ sunt acerbiores: vxorũ & filiarũ seruiturẽ q̃bus tuta libertas erit pacto deditiõis aut captiua seruitus vrbis euersione. Cõsulite dũ licet: ne grauiora post mortẽ relinquatis: q̃ ante mortẽ fecistis. Nec ego liber ab huiusmodi periculo sum. Noui & ipse: qa cum vestris simul piclitat sãctissima mihi matet & cara vxor haud ignobile genus: & quõdã domus clara. Ac fortasse propter meos hæc me suadere arbitramini. Occidite eos & accipite insup meũ sanguinẽ mercedẽ libenter hanc soluam mercedem vestræ salutis si post me sapere potestis.

Cap. xvii.

A Iosephus cũ lachrymis vociferatus plæroq̃ de populo inflexit: vt ad romanos cõfugerẽt venditis quæ possidebãt. Quos Titus quoquisq̃ cupiebat direxit: vt etiã cęteri puocarẽtur romanis se sine metu tradere Cõfluebant itaq̃ repta egrediendi copia: securi salutis: si ad romanos cõuenirent: nec solliciti de seruitute: qb9 libertas reseruaret. Hi vero q̃ sequebant Ioannem ac Simonem arbitros & incentores seditionis: magis sceleum pœnas q̃ aduersa belli reformidabant: ideoq̃ in tuta sibi refu

gia opinabant. Nec solũ ipsi non audebant egredi: sed etiam insidias pretendebãt: ne cui liceret e populo vrbẽ exire. Maiorq; cura erat egressionẽ suorum: q̃ romanorũ ingressus cauere. Tenebant itaq; inuiti & si qs deprehẽsus foret: graues pœnas dabat: Suspicio tenuis grauissimę causa mortis. Nõ argumẽtis veritas: sed suppliciis quærebat. Si q pecuniosi erant afficto crimine seditionis rapiebantur ad necẽ. Si q inopes ga non habebant quo se redimerẽt morti parebant.

Fames dira

ET iã grauis fames sequire atq; amplius seditio grassari cœpat furore ac vesania frumẽtũ nõ repperiebat: nullus panis in publico vsu: Sicubi esse cõpertũ fuerat domus expugnabat. Iugulabat ędiũ dñs aut frumenti conditor q occultauisset. Rursus non reptis frugibus quasi diligentius absconditæ forent tormẽta exercebant. Optabãt plaricq; mortis compẽdiũ cũ eos aut fames afficeret: aut crudelitas excruciaret. Deniq; q seniores erãt occidere dedignabant: inuidẽtes beneficiũ mortis qbus iã vehemẽtior carnifex fames miserabili macie viscẽribus exesis nuda ossa tenuitate texerat. Spirabãt semineces solo adhuc spiritu: atq; egra trahebãt cadauera. Sicubi purgamẽta olerũ: vel casu lapsa: vel quasi arida proiecta aspexerãt: reliquo ĩualidi corpore ore lambebãt iacẽtia humi. Aut sicubi internata parietibus visa fuerat herba rapiẽtes succo infelici miseram solant famẽ. Qui ditiores erãt mẽsurãt tritici toto censu emebant. Quid em̃ seruarent nõ pfuturũ? Qui paupiores vel ordei: ita vt nemo vẽdentẽ: vel emẽtem videret. Hoc em̃ omni grauius scelere puniebat. Neq; vero coquẽdi panis vsus expectabat: ne mors pueniret: aut mora proditorẽ arcesseret. In oculis abditi ĩcoctũ mãdebãt triticũ: qb9 vlla vel exigua frũenti copia erat. Nulla mẽsa: nullũ sedile: nulla lux: ne qs interueniret: atq; improuisos deprehenderet. Si solus vll9: abscõdebantur cibi: suspectę solitudines: frequẽtiæ parricidales: inter suos triste certamẽ. Omnẽ em̃ affectũ excludit fames & maxime verecũdiã. Esuriẽtibus em̃ pudor dispendiũ vitæ & detrimẽtũ salutis ẽ. Si qs vir cui mulier eẽt: aut filii aut nepotes aliqd escę haberet vix fatebat. Similiter & mulieres: aut cui mitior animus vbi apposuisset: alimonia de manibus eius extorquebat. Miserabilis erat cibus: esca lachrymabilis: rapiebãt parẽtibus filii: parẽtes filiis: & de ipsis faucibus cibus proferebat. Plarisq; aliorũ vomitus esca fuit. Nec marcẽtia sumere vllus horror aut verecũdia adimere suis vitæ vltimæ stillicidia. Et hęc tã infelicis species calamitatis metus erat: ne deprehẽderet. Clausis itaq; foribus exercebat: ne qs superueniret q de ore alieno cibũ q̃reret: & canũ more vomitus alienos lingua sua lamberet. Sed ne hoc qdẽ impune: nã vbicũq; fores obseratę suspecta fraus alimenti abscõditi. Prosiliebant ministri seditionũ: clausa expugnabant: intolerabilia & nouę crudelitatis exigebãt supplicia. Nec ab ipis qdem pudendis corporis abstineb at. Per ipsa quoq; pœna trãsibat: q in his grauior sens9 pœnarũ sit. Multi cũ iam percussores irrũpentes viderent: paratos rapiebãt cibos: ne vel ipsi defraudarent supremo viatico vel certe futurã mortẽ vlciscerent: & quo grauior videbat crudelitas: nõ esuriebant ipsi q rapiebant cibos esuriẽtib9. Rapinis em̃ sibi aliorũ opes coaceruarãt: & alienis cõditis pascebant: cũ ipsi q cõgesserant esuriret ieiunioq; cõtabescerẽt. Si qua materno affectu pcita miserãs vagitus infãtię succũ ciborũ ore proprio vellet infundere pii opis pœnas luebat suspensoq; ad ceruicẽ: vel herẽte ad mamillas pignore simul transfigebant. Plaricq; etiam beneficiũ putantes mori egrediebant vrbẽ: vt herbas velleret: vel radices depascerent: aut cortices arborũ detraherent: si qd in his viriditas ad cibi solamina sũministraret: quos inueniẽtes romãi necabãt. At q hostẽ euaserat in ipso portę ruebat limine fame tabidus: & ore inualidus: quẽ iã & ipsa mãdendi officia destituissent. Regressos quoq; excipiebat feralior q de gremiis miserorũ summo q̃sita periculo per acerbissimũ extorqueret nephas nec partẽ reseruaret pro mercede saltem periculi. Moriebant itaq; maiore suorũ q̃ hostiũ impressione. Ea enim quæ etiã hostis indulserat: eiuis eripiebat: nec rapuisse tamẽ istiusmodi cibum pderat: quippe non multo post virenti cor

pore turgescentibus mediis intimorũ dolore viscerũ quatiebant: aut aluo soluti deficiebant ex haustis virib9: vt voti pœniteret: qd ad tẽ p9 solatio erat: post supplicio: dein lacertis viridib9 cęteris q serpẽtũ generib9 coctis exuiis pestẽ addebãt. Nã equorũ cadauera si forte reperisset inter se trahẽtes prœlio graui decernebant: nec ab hoste qdem quæ coacerbatent exitia feriabãtur. Nã cũ se de vrbe plurimi cũ filiis ac mulieribus egrediẽtes in eã partẽ: quę præruptorũ pfũdo præcipitiorũ sinuauerat cõtulissent: romani velut captiua ducerẽt mãcipia minoris præsertim ætatis velut validiorẽ ferirẽt: ne qs forte bellãtibus obripere auderet speculabant: vt si qs cibi quærẽdi licẽtia dũ rimat radices agrestiũ ad vlteriora spacia pdiret interciperet. Nec tamẽ circũfuso licet hoste cohibere se poterãt: qbus fames audaciã dabat: cũ paruos liberos macie cõsumi & apta fame ora frustra extẽdi ferre nõ posset affectus parẽtũ: quos socios sibi adsciuerant ad piculum ne pro se quasi fugę sue obsides a seditionis auctorib9 occiderẽtur. Cogebat fames egredi: qb9 beneficiũ erat ferro perire ieiunii cõparatione. Cõtra romani: qa cõtemptores mortis eos arbitrabant: augebãt genera suppliciorũ verberãtes prius affigẽtes quoq; patibulo crucis quẽcũq; offenderãt: quo vel cęterorũ temeritas: cruciatuũ specie alacessẽdi insolẽtia reuocaret. Miseranda ita q passio Tito videbat tantarũq; acerbitas calamitatũ. Capiebant innumeri qngenti ferme ad diẽ cruciabant: cãposq; ante vrbẽ miserabilis pompę ordine ptexebant: vt de muris aspicerent. Miserabãtur romani: nõ mouebant iudæi: cõpatiebant hostes: socii nõ flectebant: facilius apud aduersarios pietas: q̃ apud socios repiebat. Tamẽ accẽdebant plaricq; indignatione: q in tantis malis deteriores fiebãt: diuersis modis afflictos cerneres: variasq; pœnarũ species: formas suppliciorũ tã innumerabili multitudine: vt iã locus patibulis deesset: patibula corporibus. Furebat intus Simon: fremebat Ioãnes: insidiabant singulis per ministros suos si quis fugere tentaret tract9 p humũ discerpebat. Eorũ quoq; q abierãt pximi crucĩ dabãtur: aut cruci affixa plærorũq; cadauera suis q elapsi fuerãt ostentabant. Ediuerso etiã ipsi murũ quadã patibulorũ segete prętexuerãt quasi de aduersariis triũphãtes si quos de suis ad romanos velle cõfugere deprehẽdissent: vt cæteros trãsfugiẽdi metus incesseret. Nullus locus immunis acerbitatis: foris captiuitas: int9 fames: formido vtrobiq; minus tamẽ timebant arma q̃ tormẽta: leuiusq; erat cõficĩ tumultu potius hostico q̃ parricidio: nec intermittebat tñ cæsar inuitare factionũ principes ad spem deditionis. Nãq; structis aggeribus denũtiabat: nõ lõge abfuturum operis effectũ: imminere urbi excidia: cõsulerẽt sibi vt & salutẽ lucrarent & templũ incẽdiis eriperet. Id quo facilius crederẽt amputatis plaricq; iudæorũ manibus diregebant: ne voluntario trãsfugio trãsisse ad rõanos estimarẽt: & quasi pfidis nõ deferrẽt fidẽ iudęis ipsi necarẽt. At vero illi pro ammonitione sedula grauia retorquebãt cõuitia: funestiorẽ sibi humanitatẽ cæsaris q̃ crudelitatẽ videri: q altera libertatem eriperet: altera vitam auferret: malle se liberos mori q̃ seruos viuere: deuouisse animã suã tẽplo. Immortalitatẽ futurã si cũ templo ex ostiariis ac focis paternis immorerent. Nihil egisse Titũ: eripuisse parua: dedisse plura: p tẽplo sibi paradisũ succedere: illoq; se q pro templo dei pugnauerint trãsferẽdos tãtũ ne oculis suis triũphos romanos viderẽt & captiua iugo colla subiicerẽt. Cõsecrari paruulos suos nõ interfici: quorũ parentes cœlestiũ ppugnatores fuerint sacramẽtorũ. Quo cõmotior Tit9 vt eos saltẽ eripet: qui inuiti attinebant admouẽri iussit machinas.

ERat in exercitu Antiochi commageni filius q venerat ad belli societatem impiger sane iuuenis & manu promptus: sed consilio parũ, puid9: qui moderationem romani exercitus lentiorem ratus: nec considerans muneris difficultatem insinuauit cæsari mirari se q cũctarent romani murũ succidere Risit Titus & ait. Cõmune ẽ opus. Eo sermõe iuuenis sese pripuit cũ his quos armatos macedonicũ in morẽ promptiores habebat ad bellãdum. Nãq; & aliis subnixus aduenerat. Cohors tamen q̃

appellabat macedonum & viribus corporis & ꝓceritate ipsa ꝓstare cæteris estimabat. Quib⁹ appropinquãtibus bellũ adoleuit. Contra de muro promptius decernẽtibus quos extrema vrgebant picula: & successus ꝓsentis certaminis animabat: cũ inferiores a superioribus frequẽtius trãsfigerent: ad supiores non omnia pueniret spicula filius tamẽ regis iuuenta alacris: armis inuitior comitatu succitior alios eludebat ictus: repellebat alios quos etiã vt caueret suggerẽtibus sociis instruebat: & ideo integer a vulneribus pseuerauit: sed de macedonũ cohorte plaꝛigq; qm̃ pudori puabat etiã naturę aut munimẽtis cedere ꝑtinaci⁹ ꝓliãtes vulnerãt. Itaq; cõatu irrito cessere supioribus: doctũ etiã viris macedonibus: si vellent vincere: & alacritatẽ Alexãdri ad ꝓliandũ esse necessariã: & vincẽdi euẽtũ. Nãq; ille cũ obsideret vrbẽ morãtibus cæteris & circa solẽnes machinas immorãte exercitu appositis: impiger scalis murũ ascẽdit: fugatisq; ꝓsentibus: q de muro repugnabãt: solus se in vrbẽ deiecit. Nec erat tẽporis vt ipse sibi sine comite portas apiret: cũ vrgerẽt picula: sed immodicus animus: ac victoriæ auidus: in hostẽ ꝓsiluit. Cessere agmina: sed quãtos poterat solus ꝓsternere! Deinde ꝑ diuersas vrbis plateas circũfũdebant hostes: si in vnã partẽ Alexãder incũberet: aliis post se circũuallãdi copiã daret. Retorquebat itaq; victor gressum suũ ne a populo circũdaret. At illi cõferti inter se vrgere cœperũt ĩhorrescere sup eũ telorũ plurima: resultabat galea tinnitu: clypeus fragore saxorũ. Ac ni metuẽtes duci irrupissent macedones victor innumerabiliũ gentiũ intra vrbem exiguã fuerat oppressus. Fuit igit alacritatis q; murũ insiluit: hostẽ deiecit: in vrbem solus triũphali saltu sese ꝓripuit: ĩ petu suo fugauit populos: fuit tamẽ etiã euentus qui maxime duci necessarius est q; tantis ingruentibus populis tot sagittarũ iaculis tot ruentibus spiculis nullus fuit lętali vulneri locus periculũ itaq; virtus attulerat: mortẽ quoq; alacritas inuexerat: si euẽtus bellantem deseruisset ingressu sunt in macedone s prorupta porta: sic temeritas victoriã inuenit: & euẽtus piculũ in gloriã vertit. Noster quoq; cũ pugnaret aduersum gigãtes inuectus in hostẽ a tergo ꝓcussorẽ habebat: sed ĩbrãtem ictus suos comes regis abessa prẽuenit. Verũ Alexandrũ euentus seruauit prophetam gratia:

Alexãder magnus

Dauid

Cap. XX

Edẽte itaq; ãtiochi regis cõmageni filio: & cognoscẽte nõ q; formidinis sed cautiõi eẽt rõani exercit⁹ ꝓpẽsa moderatio: vt aggerib⁹ & vineis arietib⁹ quoq; & cæteris machinamẽtis murum adoriret: extruebant aggeres ꝑ numeros ope diuiso: præcipui quattuor surrexerãt: ex quibus vnus e regiõe munitiõis: cui nomẽ Antõię: ꝑ mediã duct⁹ erat piscinã quã structiã vocabãt. Hũc aggerẽ ꝓtus numerus. xxx. cubitorũ in altitudinẽ fecerat iuxta Ioãnis sepulchrũ. Quib⁹ ediuerso Ioãnes prĩceps seditionũ cuniculũ suffodit: & romanorũ opera suspendit: ignorantibus his qd latẽti cuniculo iudęi machinati forent: qa fulturis tabulatũ materia ęque subiecta supiora cuniculorũ suspẽderat fraus omnis latebat. Itaq; vbi oportunitas visa ignẽ apposuere: q adultus sulphure & pice qb⁹ illita erat materies quæ fulturã cuniculo dabat ligna omnia facile cõsumpsit: incẽdiũ subiectorũ ruina secuta est. Itaq; romanorũ opera subito lapsa sonitũ ĩgentẽ dedere. Puluere itaq; & fumo repleta oĩa plurimũ tenebrarũ obduxerãt: maiorẽq; terrorẽ induxerat latens causa. Deinde vbi consumptis alimẽtis ceteris qbus primo opertus erat liber: postea ignis erupit: dolũ ꝓdidit & rõanis adꝓsens qdem formido piculi munita: sed euacuati laboris graue successit tediũ: simul q; insultabãt iudęi: mediocris augebat pudor. In reliquũ parãde expugnationis spes refrixit. At in perte alia biduo post cum iã murus ariete quateret Teptheus de galilæa Magassarus: & Iaben⁹ & Agiras diꝛeptis facib⁹ in machinamẽta muralia ꝓsiluerũt. Nihil his viris audacius: nihil terribilius eo bello ex vrbe in hostem ꝓcessit. In mediũ nãq; hostiũ pruẽtes nõ trepidauerunt non retractauerũt: sed tanq; familiariũ suorũ cõsortiis immorati non ante remeandũ putarũt cum vndiq; in eos pila: sagittæ: spicula iacerent q; subiectis ignibus adolerent obsidialiũ instrumen

ta machinarũ. Cõcursus ingens rõani exercitus vt incẽdiũ restĩguerẽt: iudæorũ quoq; clamor & studiũ quo subtexerãt impedimenta romanis ne subuenirẽt. Illi arietes ꝓperabãt: flãmis subducere: isti adhuc spargebãt incẽdia. Vnde cõprehensis omnibus quæ vri poterãt: Romanos flãmę circũuallauerãt: nisi maturæ cõsuluissent. Instabãt em̃ acriter iudæi: atq; hoc ipso q; in ea parte conatus irritos nõ habuerat successus: audaciã alebat. Deniq; nõ cõtenti iã munimẽtis muralibus vltra ꝓgrediebãt: atq; ipsas romanorũ incessabãt custodias: & castellũ in quo ꝑtendebãt romani vltro euersum prexerãt: & nisi rõani nominis gloria & militiæ vetus disciplina: quę munia huiusmodi deserere grauioris pœnę arceret formidine furẽtibus repugnauisset expugnatores vrbiũ ipi propriis cesserant munitionibus. Versa itaq; species belli & vsus obsidionis catapultis: & velocioris generis iaculis sese defensabãt Romani: vt iudæos repellerent: quo ipsis ante genere resistebãt. Inter quæ Titus aduenit: clamore excitus & accersitus ad remediũ. Romanis cõtinuo vires additę prẽsente cæsare: & pudor aluit audaciã: clamante Tito graue Romani nominis obprobriũ: si versa vice suos amitterẽt: qbus iam hostiũ muri q; diruentur defecerãt: diffidẽtes iudæos munitionibus: sola niti temeritate: starẽt tantũmodo Romani victoriã nõ defuturã. Itaq; hortãdo pariter ac prœliãdo Titus statuit suos auertit iũ dęos: q nõ solum animis ad mortẽ parati: sed ipso nisu corporis ingruebãt: vt Romanos gradu mouerent. Nec mediocre fuit piculũ cæsaris inter cõfusa omnia: cũ ab hoste socius nõ discerneret: inter q; Titus in medio versabãt: audax iuuẽta: & gloriæ cupiditate ad prœliãdũ acrior: quo celerius victoria cõsummaret: in secũdis triũphi ponẽs curã salutis ¶. Depulsis tamẽ hostibus ãceps cõfiliũ. Alii reformãdos aggeres reparãda machinamẽta muralia opinabant. Alii absistendũ obsidiõis piculis suggerebãt: deesse reparãdi materiẽ: cõmune cũ multis piculũ: muro claudendã vrbẽ cõsultius arbitrabant: vt cõficeret fames defectis subsidiis alimẽtorũ. Præpõderauit huiusmodi sententia vt clauderẽt: ne liberos excursus haberẽt: quo amplius & desperatione fugiendi: & indigentia cibi conficerentur.

Ca. XXi.

Iuisis itaq; ꝑ numeros portionibus ꝓpere mur⁹ surrexit: quo ꝑ circuitũ omnem inclusa est ciuitas. Distribuit officia suis cæsar: vt noctibus quoq; custodiẽdi vices nõ omitterẽt. Prima vigilia ipse obeundi singulos custodiarũ ordines munia curabat: secũdã vigiliã Alexãdro deputauit. Deniq; per ordinẽ tribũis put cuiusq; erat solertia cõperta vices mãdatę. Castellis erat mur⁹ ꝑ interualla intextus. in his man⁹ militũ ꝓtẽdebat. vigiles ex ęquo sibi somnos & tẽpora vigiliarũ sortiebãt. Circũibat momẽtis omnib⁹ murũ ꝑ spatia qsq; ꝓscripta suo muneri: de castello in castellũ ꝑ ordinẽ & numerũ vices: nox frequẽtabãt. Præcisa vndiq; spes iudæorũ: clausisq; se infuderat fames: atq; in ipsas populi medullas descẽderat. Personabãt omnia gemitibus deplorantiũ miserabilis mortis supplicia. Reperta erãt vniuersa seminecũ cadauerũ: & si paululũ expectares intra momẽtũ deficiebant: quos viuẽtes reperas. Ipsi quoq; q adhuc spirabãt macie cõfecti imaginẽ mortis gerebãt exhausti fame & tabe luridi: nec oculos qdẽ faciles attollere: qa nullũ vigorẽ naturalis mot⁹ cõsumpta ieiunio substãtia dabat. Figurę sola hominis remanserat vsus iuterciderat. Smulachra cerneres: officia desiderares. Arida cutis siccis hęrebat ossibus. Si leuis mot⁹ viuẽtem ꝓderet: fœtor redarguebat exilis art⁹ & color ita niger vt vmbrã putares. Nec humãdi miseris officia suppeditabant exhaustis primo omnibus & cõtinuo morituris. Et si cui vires aliquas recẽtior cib⁹ dabat: congestio cadauerũ spem ademerat impossibilitatẽ incusserat. Plæriq; etiã cõdendis suorũ funeribus immoriebant: & inexpleta supremi muneris officia suo quoq; obitu derelinquębant. Ruebant super defunctos quos susceperant muniendos: vt ipse quoq; oneri accederet: cui leuãdo aduenerat indigens eius ministerio qd alii deferebat. Nec erat vllus dolori locus in cõmuni omniũ calamitatẽ nisi q; auctores tantæ miseriæ supuiuerent: nec tempus querelę liberis quidem iam vocibus si loqui possent. Quid enim sibi iam morientes timerent. sed tamen mutis iam sensi-

bus aspicientes templũ quasi inde vltio tã diti exitus deposceret. Aruerant supremorũ munerũ lachrymę: qa omnẽ affectũ vis mali clauserat. Obriguerat animus: oĩs sensus hęrebat: plusq̃ lachrymãda tolerantibus: deerat iã terra tumulis defossis omnibus intra vrbẽ locis: quæ potuerũt dare vsum sepulchri. Tentabãt aliqui inter duos muros nouũ hostiũ veterẽq; vrbis pcedere nocturno siletio: piculosa licet: pia tamẽ furta psuaserant. Itaq; p vno plures insepulti iacebant: & qd vni deferre gestierãt p bonorũ munere defraudabãt: sed etiã vbi hostis deerat fames opabat. Sepultor plerũq; pueniebat sepeliẽdũ & tumulo eo quẽ alii parauerat includebatur subito exanimis & lapsus cũ defodit: velut quodã studio opis sui ius vindicabat. & vbi terra deerat tabulata innectebant: vt defunctorũ cadauera loculis includerent. Plerique eos sibi ipsi parabãt manib9 suis: ne deficeret huiusmodi ministeriũ: atq; in his sese sepe sponte cõdebãt: suspecti ne mors pueniret: & sepultor deeẽt. Silebãt oia metu inedia vocẽ ademerat: ciuitas plena mortis: & nullus eiulatus in exequis totius vrbis & cum sensus quidem doloris interierat: iniuria nõ desistebat. Nõ deerãt etiã in tãtis malis deteriores omnibus violatores etiã sepultorũ. Quid dicã nõ horruisse cũ illuderẽt mortuis: & gladiorũ suorũ aciẽ in defũctorũ cadaueribus ptentarẽt? Nõ nulli etiã viuẽtiũ adhuc virgẽdis corporib9 experirentſi tela sibi acuta forẽt: & hic tñ vi9 plerisq; rogãtib9 denegabãt vt miseros ad grauiora supplicia fames depascereẽt. Nequa q̃ tñ vltio morituris deerat. Nã qd viui nõ potuerãt vi dicabãt se mortui vltorẽ sui fetorẽ creãtes quo se de latrõibus vlciscerẽt. Qui grauiter sęuiẽtes q̃rẽtesq; remediũ speciẽ quãdã pietatis induerãt: etiã ipsi q latrociabant: vt eos de publico ærario sepeliri iuberẽt. Sed vbi negtũ occurrere de muro defunctorũ reliqas in profunda pcipitia deiciebãt. Itaq; aspiciens Tit9 pręruptos specus plenos cadauerũ Saniẽ delaceratis visceribus innatarẽ alte igemuit & manus ad cœlũ eleuãs testabãt haud quaq̃ illud sibi adscribẽdũ q voluisset veniã dare: si deditio pcederet: expectasse se vt pacẽ rogarẽt: paratũ se vt incolumes seruaret: si bellũ deposuissent. Iubet itaq; aggerẽs rursus iacere etiã nõ ppinquantib9 siluis: qa succisa erãt omnia suburbana nemora siluarũ. Vehebãt materiẽ milites: spe victoriæ solantes laborẽ: nec tamẽ frangebant animis. ¶ Princeps seditionũ furebat. Simon: nec tãtorũ mortib9 exaturat9 cedebat: & qa inimici deesse coepterant: in socios conuertebatur.

Ca. XXii.

De morte Mathiæ

Enique nec Mathiã qdem quo auctore in vrbem recept9 est inexcruciatũ necauit nullius apud se cõuictũ flagitii: sed insimulatũ pditionis & suspectũ cõsilii q̃ in vsum plæbis sedulo: & sine vlla fraude tãq̃ familiari crediderat insinuãdũ. Id alte impressũ aliquãdiu tenuit: nec iã se vt amico credidit: sed aluit indignationẽ indicio dissimulato: ergo insimulatũ apud se q̃ cũ romanis studio cõgrueret & cõueniret: rapi cũ filiis iubet. Arcessit: nec defensionis vlla copia datur: ante examẽ adiudicat supplicio: nec eius soboles excipit: sed pœnæ adiũgitur. Orabat nõ vitæ vsuram: sed mortis celeritatẽ naturę ordinẽ: vt prior occideret: ne filioꝝ neces spectaret: nec supstes esset funerib9 liberorũ suorũ ipe cõtinuo fun9 futur9: nõ impetrauit qd ipsa pietas exigebat etiãsi nõ rogaret: hoc rogabat sibi reddi pro munere quod ei vrbem aperuisset: reus qdem patriæ: sed conciliator Simonis: debuerit ille hanc pœnam ciuibus debebat tamen ei Simon gratiam quo crudelior qui nec amico pepcit nec patrono receptionis suæ pœnam relaxauit. ducitur ad supplicium cum tribus liberis: nam quartus fuga se exemerat. Statuitur in cõspectu Romani exercit9 insultationis specie: vt suppliciũ eius viderent: ad quos egredi desiderasset. Liberent te itaq; si possunt amici tui. Deducũt & filii: nec suprema liberis oscula date: nec vltimo cõplexu filios suscipere permissus: non fraudatus tamen vocis paternæ libertate: miserabili filios allogo prosequebat. ¶ Ego filii vobis hostẽ induxi: ego carnifices adhibui: quãdo Simonẽ ingredi ĩ vrbẽ rogaui. Ille dies nobis mortis hui9: ille parricidalis causa spectacu

Cap. xxiii.

li. Merui fateor: nec culpam excuso: dum vnum reprimere gestio accersiui deteriorem. Ad auxiliũ Simon peritus: & ad parricidum patriæ conuersus. Sedula consilia in crimen dedu xi. Rei fuimus patriæ qui defensorem quæsiuimus. Et recte quidem soluimus pœnam imprudentiæ: non tamen perfidiæ. Absoluit nos Simon ipse dum perimit: qui pronũtiat non sibi a me donatũ: sed patriæ contuitu petitum: vt contra Ioannis sæuitiam auxilio futur9 q̃ primũ adesset: & Idumæos induceret. Putabamus duobus inter se conserentibus liberam plæbem futuram. Quis mihi crederet non tibi id meo studio detulisse: sed de malis hoc tolerabilius æstimauisse nisi tu occideres? Sed quid ego sic loquor quasi crimen excusem? Nihil sane mea sententia grauius facere potui: q̃ p te in ceruicibus nostris locaui. Sed in eo patriæ reus nõ tibi fuerim. Debuerim ego ciuib9 mortem: sed tu mihi gratiã. Debuerim patrię pœnam proditionis: p te induxerim: Tibi quando esse proditor cœpi? Si fugiendum putassem consulueram mihi: non violaueram patriæ necessitudinem. Quis enim hostem non defugit: & hostem internum? At te ciuem putauimus: sed hostem inuenimus. Ad auxilium peritus quid rependistis? Quid ante pollicitus? & quo postea conuersus? ingressus eras vt hostem expelleres: non vt hostem exerceres: vt prohiberes ciuium neces: non vt ipse adiungeres? vt latrocinium repelleres: non vt latrocinaretis: sed vt subuenires innocẽti populo. Cur in ipsum tua arma vertisti? Ante latrocinio appetebant: tu bellũ intulisti. Ante pauciores ad mortem rapiebantur: tu stragem populorum fecisti. Quis proditor patriæ: quis Romana arma plus iuuit? nisi qui extinxit patriæ propugnatores? Nisi qui eripuit tantorum ciuium defensionem? Nisi qui ab hoste in socios detorsit mucronem? Hostis extra muros pacem offerebat: tu intra muros pliabare. Ille obsidionem volebat soluere: tu expugnationem approperabas. Ille prohibebat incẽdia nostrę vrbis: tu flammas in ipsa templi iaciebas fastigia. Ille nostrorum contuitu sacramentorum inducias dabat: tu per ipsos sacrorum dies altaria deiecisti. Supremo vrbis excidio sacerdotum quoq; sanguine restinguebas. Ille muros: tu templũ obsederas. Coacerbabo crimina mea. Ego patriæ manus intuli: ego tuum furorem armaui. Ego hæc vniuersa delyramento quodam senectutis exitia impressi. Agnosco dementis ætatis imprudentiam. Confessione leuemus pudorem: quoniam negando peccatũ exuere non possumus. Duo præ cæteris excidium patriæ accelerauimus. Ego errore consilii: tu proposito parricidii. Pendo igitur Patria tibi debitas pœnas: & hoc ipso Simoni gratias ago: q̃ ciuibus tuis superstes non ero. Atq; vtinam nec liberis essem superstes. Sed ad sceleris tui Simon acerbitatem: filiorum necis spectator adsisto. Merui fateor: quia Ioannem pictum videre non potui: & te armatum elegi. O præcipitem senectutem: imaginem timuimus: tyrannum expetiuimus. Ego fideiussor tuus: ego deprecator tuus legationem pertuli. Ego redominum rogaui: percussorem introduxi. Spectemus ergo quæ fecimus. Ioannis nos cęra terruit: Simonis latrocinia delectauerunt. Acceleretur itaq; pompa funebris: veniat carnifex: filios ante ora patris: patremq; obtruncet super filiorum cadauera. Hauriam miserabilis senex ictum carnificis super colla pignorum sæuam vibrantis securim. Quo spectaculo nihil funestius: nisi ille qui iubet. Crudelis scleste: facio quod præcipis: facio: sed inuitus. Habeo tamen consolationem tantæ calamitatis. Patior quicquid miserrimum est: dum tu iusseris. Quicquid est immanissimum subeo libenter te arbitro. Implesti mensuram scelerum sæuissimorum: liceat saltem affari liberos: extremũ pignoribus vale dicere. Sit vllus vltimis locus oculis: quæ nobis etiam cum feris communia sunt. Non prohibeat miserabilis amplex9 naturæ: quem etiam defunctis potest cal9 donare. Quod igit̃ ad pœnã pcepisti: proficiet ad pietatẽ mihi. Cadam super funera mea: & insepulta adhuc velut quodã cor-

poris mei cespite tegam:ne discerpant volucres:aut feræ deuorent lambam lingua patria sanguinem meorum pignorum & meum deluam:ne lambant bestiæ.Et fortasse addet hoc pietas : & miseratio naturæ ipsius : vt arctissimo amplexu moriens : liberos meos stringam:ne tu separare possis quũ velis.Certe si separabis corpora:animas tamen non separabis.Sed satis iam lachrymarum viaticũ sumpsimus.Præite filii:& secuturo patri viam parate.Si potuero consequi comitabor simul: & erit illic impedimento senectus: quo viuentes iuuenes minus consequar.Ad mansionem præcedite:vt fessum patrem suscipiatis diuturno hospitio.Volui quidem præcedere ipse:& rogaui: sed non impetraui. Tamen ꝙ innoxii estis:eo meliora vobis hospitia deferentur: q̃ si ipse accersitor Simonis præuenirem. Grauat me illa legatio:licet a ciuibus mandata:petente populo suscepta.Præcedite ergo filii mundiores supernum iter carpentes vestigio.Et Machabei matrem præuenerunt. Sed illi ad præmium:nos ad supplicium.Spectauit tamen pia mater morientes filios:& supra suorum se volutans sanguinem vidit complectẗes seinuicem fratres: naturę necessitudine: & suo lętabatur triumpho quem de tyranno consequebatur.Diuersa quidem patientum merita:sed eadem sæuitia vtriusq̃ præcipienti s.Inuenit hoc Antiochus Persica immanitate: Apud ipsos enim nouorũ sunt commenta suppliciorũ.Tu executus es:ille tamen seruauit vltimam matrem ad persuasionem regiæ voluntatis:tu seruati iussisti patrem ad cruciatũ paterni doloris.Consolamini vos filii charissimi:patimur nos quod passi sunt martyres.Simon statuit quod persecutor barbarus inuenit:tyrannus præcepit.Proficiscamur igitur volentes:& fugiamus conuentus latronum.Sane quũ in illam perpetuam domũ discesserim⁹ si qui ad nos venerint qui requirant quid agit ille quondam dei populus:quid illis respondebimus!Maxime si vobis vtpote iunioribus integer æui Ionathas:mihi Saul vtpote peccatori occurrerit.Quid inquam dicemus nisi populum illum Iuda nouellum dilectũ:quem mare fugit:cui sol stetit:cessit Iordanis.Populum inquam illum cui peruius fluctus fuit:aer fertilis:terra cœlestis:quæ non vt nostra hæc terra speciem corruptionis induerit:sed resurrectionis gratiam assumpserit:seruire nunc Idumęis:& subiectum esse Simoni latronũ principi:nec seruitutem ipsam habere securam:nec periculum cum libertate. Quid ad hæc responsuros putamus:qui elegerunt bello perire q̃ libertati patriæ superuiuere! Quid etiam Marathiam responsurum Machabeorum auctorem:qui maluit obseruando legem sabbato feriatus mori: q̃ præliatus viuere! Si audierit quomodo Simon non solum sabbato cædes ciuium innumeras agitauerit:sed ipsos sacerdotes domini neomeniis & omnibus sanctis feste celebratis dieb⁹ iugulare coegerit! Quantum ingemuisset Heconias quũ audierit Simonem qui seditionibus primo vrbem euerterit:cæde ciuium violauerit:templi vetustatem religione conuentum toties:vt sui deditione vrbem exueret:incendio male perire omnia excidio vrbem:templum exuri:plæbem totam interfici:ne occupatæ inclinet dominationis fastigium!Quantum inquam dolebit Hieconias licet tempore malorũ vrgentium minus felix imperio:melior tamen filio! Pater enim sibi minus felix esse q̃ patriæ:licet miserabiliter:pie tamen maluit.Itaq̃ se cum sua prosapia egressus vrbem Babyloniis obsidentibus in seruitium dedit:ne euersam patriam:ne populum dei captiuum videret. Filius autem erumna pari:sed affectu impari:dum sibi metuit & se in exilium & vrbem in excidium deduxit.Hic itaq̃ infelix patriæ:nec sibi felix:qui & liberos suos & oculos amisit.Ille autem prudentior q captiuitatem ciuiũ sua redemit captiuitate.Deniq̃ exit⁹ docuit.Iste in regno senior:ille iunior in seruitio defecit:q̃ u is ei postea thronũ regiũ Babyloni⁹ rex iuxta se cõstituerit: & consilii detulerit prærogatiuam miseræ calamitatis solatia. Deniq̃ tolerabilior iam mea sors est post liberam mortem mori:q̃ viuere: vt scias q̃ crudelis sit q filios ante ora

patris iugulet .cuius etiam regalia munera deteriora sunt q̃ pietatis vulnera.Aut enim tam impia inferre primo nõ debuit:aut tã honorata postea substituere:quasi quæuis dignitas redimi possit filiorum amissione:aut compensari cędes sobolis quouis vsu honoris. Nulla profecto nulla dignitas tantum dolorem alleuat.Nullus honor curat hoc vulnus : nisi sola mors quæ sensum adimat: recordationem auferat. Festina ergo percussor: remorare tamen dum liberos video: dum prius q̃ moriantur aspicio:ne quis ætatis forsitan immaturitate turbatus mortẽ timeat:cũ sæuiorem euadat tyrannũ.Beneficiũ est filii mori:ne patriæ videamus captiuitatem:tolerabiliora corporis q̃ mentis vulnera.Iam tolerabili⁹ & vestras neces specto quas refugiebam:ne spectem neces in commune omnium:ne videam patriæ bustum:& totam vrbem sepulchrum suorũ.Beatior tamen qui mortuus fuerit:q̃ qui reseruatus.Summe deus ne inter innoxiorum greges sternatur Simon cum liberis suis:spectet captiuus quæ intulit: immo minime inquit.Nam quæ potest cogitare potest ferre:nec tamen ea imprecor.Consideret q̃ graue nefas sit qd̃ non potest vel voto retorquere qui patit: q̃ acerba vltio q̃ sæua commissi sceleris immanitas:qd̃ optat patriæ captiuus superstes:quia peiora sunt vitę ludibria:q̃ mortis supplicia. Sed iam finis verborum sit. Festina carnifex dum cruentum sanguinem filiorum geris, percute patrem:vt nullus refrigeret.Hoc solum morituro medicamentum est:hoc solo non sentitur ictus mucronis : dolor vulneris.Percute sub conspectu Romani exercitus sicut imperatum est:vt spectentur vindicaturi.Misereatur hostis:quia socius non miseretur. Iudicent Romani:quia Simon occidit sine iudicio:testes sunt ipsi me non proditorem patriæ sed defensorem fuisse:qui pugnantem videtit non deserentem.Liberis ego meis si potuissem hostem auertissem:non hostem accersissem. Atq̃ vtinam nec Simonem accersissem: nec finis vlus ad hibitus tantæ crudelitati. Iacebant adhuc cum patre sepulti liberi:adiungitur & sacrilegium spectaculo parricidali.

Aeditur Ananias sacerdos claro genere ortus:licet nemo clarior sit splendore generis q̃ munere religionis. Illo enim affectatur nobilitas: hoc non desideratur.Habebat sibi vetus prosapia diuersorum fasces honorũ: habent & sacerdotia suos fasces:qui eleuantur:non humeris sed moribus: & attolluntur:non virgarum proceritate:sed laborum perseuerantia:& fidei altitudine:pietatis fastigio.Percussus est etiam scriba Aristeus:claræ & ipsæ originis:& cum ipsis alii de plæbe quindecim præeminentes cæteris:licet iniustam necem non nobilitas faciat sed innocentia.Præoccupantur etiam viri vndecim qui pariter conspirauerant commoti:scelerum el⁹ atrocitate:& sibi quisq̃ metuentes quæ in alios exerceri videbant:ꝙ infidelis etiam amicis foret:& spes ademptæ populante vniuersos fame:Romanis iam iamq̃ irrupturis:turbato Simone ad opem defensionis:bacchante ad officinã crudelitatis:facili q̃ illecebra proditionis:ꝙ Iudas vnus ex ipsis turrim tuendã susceperat.Is igitur quum Romanos vocaret traditurum se pollicens turrim fastidientibus aliis:ꝙ tam sero proditio procederet:aliis dubitantibus quia frequenter promissa deditione dolũ parauerant:præuenit Simon:& de vniuersis conspirationis sociis pœnam exegit: corpora quoq̃ eorum de muro præcipitata.

Ananię cędes.

Aristeus scriba cędi tur.

Cap.xxiiii

Lausus tenebatur Iosephi pater:nec vllus ad eum accessus patebat.Eo studiosius Iosephus ad deditionem inuitabat Iudæos: & inconsultius mutũ successerat:vt liberaret patriam cum patre. Quo loci caput percussus cõcidit:ac pene iactatis desuper telis oppressus fuerat:nisi præcepto Cæsaris missi forent qui eum protectum clypeis eriperent neci.

Lamẽtatio matris Iosephi.

DOmperto mater filii sui vulnere: & insultantiũ latronũ cõsternata vocib⁹ mortis ei⁹ formidinem simul & fidẽ induit: miserabiliter quoq; deplorare occepit: ad hos fruct⁹ fœcunditatis se reseruatã: vt nec officio viuentis filii potiret: nec sepeliret defunctũ. Voti quidem sui fuisse: vt ipse potius matri sepulturam daret. Inter ei⁹ man⁹ supremũ exhalaret spiritũ. Ille frigidos artus deficientis foueret: ille vltimos ore anhelit⁹ legeret: ille oculos morientis clauderet: ille spirantia adhuc ora cõponeret. Sed qa voto exciderat: solatiũ fuisse: si vel ipsa interesse potuisset filii morientis supremis. Miserabili qdem sorte sed tolerabili tamẽ vt quem superstitẽ optauerat: ei⁹ vel fun⁹ teneret. Verũtamen vel de muro inquit spectare mihi mea funera liceat: & si contingere non licet: vtinã qdem nemo arceret. Sed quẽ metuam tãto destituta filio? Quid pertimescã cui beneficiũ est mori. Vtinã in me tela sua oẽs contorqueãt: oẽs gladio me transfigant: qd viuens non potui saltẽ filii mei corpus veste mea protegam. Abũdat vni⁹ vestimentũ ad sepulturam duoꝝ: & fortasse quisq̃ hostiũ miserebit: vt amictu filii matris ocul⁹ tegat: & oculos oculis: man⁹ manib⁹ ori ora connectat. Propiens itaq; se ad muros: cœlum ipsum miserabili questu replebat. Insultabant sui: flebant Romani. Apd socios crudelitas: apud hostes misericordia. Figite inqit me si qua est pietas: ego genui quem persequẽdũ putatis. Ego infelicia vbera dedi: me extinguite si de illis vindictã q̃ritis.

Cap. xxv.

DVm illa deplorat: ecce ad vocem matris processit Iosephus: & deflere cœpit q̃ euaserit: cui dulce fuerat ante patriam mori: & pro patria dũ salutaria suadet procũbere. Sed iam non pro parentũ cõrendere salute: qui depositi æuo cũ in carcere vitæ finem supremũ exigant: liberent si moriant: sed pro ara: pro templo: pro semirutis adhuc vrbis mœnib⁹ trepidare. Obtulisse se vulneri: ne patriã euerti videret. Qua excitati querela plęriq; ad Romanos transeundũ rati: qua potuerunt via subtraxerũt sese insidiis latrocinãtiũ: & custodiis prætendentiũ. Quib⁹ quidem Tit⁹ misericordiã promissam seruauit: sed alia grauior erumna accidit. Nanq; vbi data alimenti copia: cœpit oneri esse cibus qui prius vsui erat: desuetisq; edendi officiis ministeriũ feriebatur: nulla vis dentiũ vt cibũ manderent: nulla arteriarũ subsistentia: panẽ arrodere nullo poterant modo. Si quid sane sorbuissent mollioris alimoniæ: interclusis iam fauciũ meatib⁹ strangulabant. Obriguerant interiora viscerum: obstructi erant ductus ciborꝝ. Aruerãt iecoris venæ quæ cibos attrahũt. Perierat vsus: auiditas cũmulabat: virtus defecerat: appetentia manebat. Ruebant supra cibos miseri: & inualidos morsus more infantiũ meditabant. Plęriq; visis alimentis ipso gaudio deficiebãt: atq; inter exoptatos sibi cibos moriebant solati miseriam q̃ votũ impleuerant. Sed erat pompa lachrymabilis: cũ plures a cibo ad periculũ surgerent q̃ ad salutem: vt & victus noceret. Inflabãtur em̃ insolito cibo potius q̃ reficiebant: & quasi quodã hydropisis morbo distenta cute pœnas dabant. Et si quib⁹ nulla adhuc virt⁹ edendi: auiditas modũ nescia qd ferre non poterant: supra mensurã ingerebat: repentino cibo farti dirumpebantur. Quid enim graue nõ erat quibus erat grauis & solus affectus vt obesset vidisse quod desiderauerãt? Incapaces em̃ affectuũ per longã famem oppressit etiã sensus naturæ: & ipse gaudii mot⁹ grauauit. Nihil enim mirũ si exhaustis periculo est. Deniq; post biduanũ ieiuniũ si quid auidi⁹ sumpseris: statim crudescit. Vnde plærisq; moris est: vt succũ lactis infirmis viscerib⁹ infundãt: eoq; cũ melle pmixto tẽperet humoꝝ exasperatã ieiuniis intẽperãtiã: & defectionẽ corpis velut infantiã quãdã molliore cibo nutriant. Sic ergo nonnulli Iudæoꝝ qui ad Romanos confugerãt poterãt euadere quadã arte pẽsantes moderamina cibi: donec desueta edẽdi caro in suos rediret vs⁹. Nec hoc tñ pfuit miseris: sed causa maioris exitũ fuit. Nã cũ ex his plęriq; accepto cibo aluũ purgarent:

egesserant aliqui bimones aureos quos absorbuerant: cũ adornarent fugam: ne deprehensi quia insidiatores omnia perscrutabant: non solũ dispendio: sed etiam periculo forent. Scelus em̃ ducebat aurũ quenq̃ præter latrones habere. Hoc itaq; postea Iudęi specie miserabili inter inquinamenta alui aurũ legebant. Comperit id quidã Assyri⁹: & ab vno in oẽs opinio manauit. Quod gen⁹ hominũ pceps ad auaritiã: & paratũ ad versutiã: nihil tã atrox sit qd refugiat: nihil tã turpe qd erubescat studio pecuniæ. A Syris in arabas diffusa fama est: qb⁹ & non minor auaritia: & feritas barbaricæ propior immanitati. eo q̃ farti auro Iudæi forent: diripiunt quoscũq; offenderãt aduenientes: contra fas: contra leges dedititionis: contra pmissũ Cæsaris: q̃ occidi non licebat: incidũt adhuc viuentes: cruentisq; manib⁹ euiscerant vẽtris secreta. Aluũ scrutant: & inter ei⁹ manantia purgamẽta aurũ requirũt. Non min⁹ turpiter q̃ illi quos adigebat fames: insuper etiã sęua crudelitate. Multa acerba eo cõmissa plio: nihil hoc vno acerbius. Deniq; vna nocte duo milia fere viroꝝ discissa sũt tali flagitio. Diuisisq; viscerib⁹ quest⁹ suos Syria numerabat: Arabia negociatiõis recensebat emolumenta q̃ sine transfretati maris piculis nouo crudelitatis cõmento in vsũ lucri verterãt: & mercẽ putabant. Quod etiã nũc in huiusmodi hoĩm genere reperias: & nõnullis ægyptioꝝ: vt curandis funerib⁹ negocient: & officia humanitatis vendãt mercaturę cõpẽdiis. Misera fames auri nihil sequẽdũ putat: nisi qd ad pẽsens lucrosum: nihil honestũ qd pecuniæ vacuũ. Grauis iamdudũ grauis inoleuit humanis affectib⁹ q̃rẽdi cupido: & mercatura facta est vita hoĩm: veno & empto viuit. Serpsit itaq; vitiũ in numeros: vt iã tolerabilior cõmutatio merciũ sit q̃ morũ aiorũq;. Infecit Syroꝝ auaritia etiã Romanũ exercitũ. Nihil em̃ facili⁹ in alterũ transit q̃ amor pecuniæ: & desideriũ habẽdi: pẽsertim finitimas opes qb⁹ vicin⁹ abũdauerat. Nec est vlla passio q̃ magis virtutẽ animi effœminet: q̃ cupiditas diuitiarꝝ. Deniq; versutia laudi dat: paupertas pbro habet. Impediuit hoc vindictæ seueritatẽ: quia innumeri repti tãto furori obnoxii: ideoq; Tit⁹ qui vallare cirunfuso exercitu Syros & Arabes pposuerat: contẽplatione multitudinis reuocauit sentẽtiã: vt supiorꝭ delicti gratiã faceret: & ne postea cõmitteret: pœnã denũtiaret: verborũq; austeritate grauior suos argueret: q̃ auro succincti & argento: ptiosisq; telis nitentes: nec arma sua erubescerẽt vt tãto se dedecore dehonestarẽt. At vero Syros & Arabes increpare: q̃ immeniores romani nois: dictu quoq; horrẽda excogitassent venisse eos ad belli societatẽ: nõ ad exercitiũ flagitioꝝ. In exercitu Romano non solũ virtutẽ corpis: sed etiã mentis reqri: nec tm̃modo fortitudinẽ in hostẽ: sed etiã disciplinę normã spectari: ne crudelis: ne impi⁹: ne insolens miles fit: sed ne pdæ poti⁹ q̃ victorię intẽt⁹. Ea grauia videri militiæ flagitia: & vindicari atrociter. Inter arma quoq; leges valere: fide meli⁹ bella geri: q̃ seruet etiã hostib⁹. Si ergo & armatis debet: quãto magis precantib⁹? Proinde cauerent ab huiusmodi flagitiis: ne & victoriæ exortes: & salutis fierent: neq; se diutius passurũ: vt eoꝝ scelesta flagitia Romanis ascriberent qui plus oneri q̃ vsui. Itaq; repressit aliquantũ nõ execuit auaritiã Syroꝝ vt arbitrũ fugerent: non vt pceptũ fouerent. Deniq; explorato pri⁹ si forte Romani militis deesset præsentia de miserorũ visceribus execrabile lucrum proferebat: nec tamen in omnib⁹ sequebat etiam prædæ euentus: sed in paucis. Quo crudelior feritas: quia non solũ propter opes: sed etiam propter spem lucri plurimi extinguebant: quũ latrones ipsi & seniores piratæ latronibus a latrocinio temperẽt: vbi prædam non senserint. Solius enim barbaricę immanitatis est gratis nocere. Nam & ipsæ ferę vt interficiant præda m sequũtur: foris itaq; pœnæ acerbæ: intus immanior loãnes. ¶ Deniq; quũ talia gererent a Syris: etiam si aliqui reuocarent indicio cõperto: transfugere tamen alii non desinebant. Inter quos Manneus Lazari qui asserebat per vnam portam sibi creditam cẽtũquindecim milia mortuorum elata: additis adhuc octingentis octoginta funeribus ex quo ipse tuendi vicem huiusmodi recepisset munetis: idq; solo eorum numero collectum: qui

Assyrii auari

Aegyptii.

Cap. xxv.

mercede publica sepulti forent: præter eos quos sepelierant sui. Quæ autem sepultura nisi vt de muro cadauera deiicerent. Post ipsum plaritq; non ignobiles viri confugientes ad Titum: sexcenta milia defunctorq; fuisse qui per portas elata numerata sunt cõmemorabant. Eorũ vero cadauerũ q̃ propter infinitã pauperũ multitudinem efferri nequiuerũt: atq; in maximis domib9 diuersorũq; operũ spatiis constipata sint: munerũ fuisse inæstimabilẽ. Et adhuc erat pcessus malorq; quæ iam superiorq; oim finẽ vicerant. Adhuc sæua obsidio: bellũ graue: maiorib9 iã tamen ludęorq; animis q̃ viribus. Superoñia vero fames tetrior q̃ insidiaret iumentis aluũ purgantib9 & vetusta rimaretur boũ stercora: vt quod visu erat horribile: hoc fieret esca esurientib9. Miserabilis congeries insepultorq; corporq;: & circuitu longo terra ipsa tecta cadauerib9 repleta ante muros oia: terribilis species: horror grauis: odor pestilens: q nec victores: nec victos discerneret: vtriscq; sim ulnoxi9: & maiore Romanorq; impedimento quib9 necesse erat iacẽtes reliquias cruẽtato pterere vestigio: terræ ipsi9 inculta succisis oñib9 q̃ ad vsum militis & machinarq; necessario cõuehterent. Per tredecim ferme in circuitu vrbis milia lõge latecq; vasta humus: & nudũ signentiũ solũ. Oñe illud pomeriũ in quo ante nemora viridantia horti inhalantes florib9: diuersa pomaria suburbana p̃dia gratã sui speciẽ dabãt. Si quis postea vidit: hospes ingemuit: ĩcola nõ recognouit: & ad genitalẽ regressus locũ: cũ pri9 adesset patriã q̃rebat.

Cap. xxvi.

Eparatis itaq; aggerib9 & vineis cæterisq; machinis obsidionis renouatus est belli furor: & quasi ad extremam operis manũ vtringq; studiis cõspiratũ. Totius enim periculo certaminis delectabat: quia & Romanis soluenda obsidio foret: si aggeres & arietes incenderent: quib9 per inopiam syluarq; reparationis subsidia non suppetebant: & Iudæis excidiũ patriæ incũberet si manu cederẽt: cũ quassatamurorũ repetitis arietũ ictibus resoluerent. Processere itaq; Iudæi cũ facibus adeo feroces: ut tã q̃ cessuro sibi Romano exercitu incendia in machinas spargerent obsidionem soluerent. Sed exhaustæ iam vires fame: & res fractæ priores successi9 negarũt: substãtia defecerat: audacia manebat. Contra Romanis maior pudor: si ab his qui extremum fame spiritũ traherent: victoria de manib9 diriperetur. Conserto itaq; prœlio: repulsi principes seditionis ad murorq; subsidia belloimpares recurrerũt. Sed vbi dubia murorũ cæsura repetitis ictibus Ioannes haud incuriosus extremi subsidii circunspexit interiorem murum quasi in C. literam duxit. Postera itaq; die conuulsa parte murali fragor labentis ædificii: & clamor Romani exercitus simul inctepuit: quasi patrato excidio muri prolapsione. Sed vbi conclamatæ vrbis resultauit sonus versa vice rerum noui muri species improuisa Romanorq; gaudia restrinxit: Iudæorum audacia successit: quia periculum differebatur. Tunc Cæsar exercitum adhortari cœpit: vt nouum illum murum sine vlla cunctatione adoriendũ putarent quem constructio recens infirmũ & facile solubilem proderet. Auderent modo animis procedere fragmenta muralia: ascendendi facilitatẽ datura. vt prœliantes Romani Iudæis de superiori loco decernentibus adæquarent. Et quia cũctantes videbat rei difficultate: validissimos quosq; iuxta se congregans in bellũ accendebat tali oratione.

Cap. xxvii.

Mniũ rerũ exit9 plus negocii q̃ principia habere nulli incognitũ est fortissimi cõmilitones: qa cõsũmatio suscepti muneris maiorẽ q̃rit laborẽ: siqdẽ toto libera mari currit nauis: & si nõ semp a puppe vẽtorq; aspirẽt velamia: gubernator tñ obliquat velorq; sin9: & sine refragio scindit fretũ. Sed vbi ad portũ venit: oportuna aurarq; temperies necessaria est & angusto ingressus nauiũ coercet limite. Maior itaq; piculi cura: vbi spes propinqua. Aedificãtib9 quoq; plana exordia fundamentorum: sed ardua celsorum opera fastigiorum.

Et plærunq; in ipso operis claudendi fine mercedis suæ munere defraudatur miserand9 faber aut culminis lapsu obrut9: aut istabili deceptus vestigio: vt ad inferiora decidat. De agricola quid dicam cui procinctus laboriosior messis q̃ segetis: vindemiæ q̃ putationis: & adultis fructibus grauiora semper metuenda pericula: Nihil ergo nouũ si adhuc nos in ipso portu consũmandi cursus periculũ manet: igitur per angustiora viarũ scandendũ est ad Antoniam: quo deiectis inde aduersariis superiorem occupantes locum: ac supra verticem locati hostium ipsos quodammodo anhelitus eorum intercludam9. Sed difficile hoc nobis videt commilitones: quasi vero ad ludũ non ad bellum conuenimus: in quo aut vincendum: aut moriendum sit viris. Tunc ergo debueratis excusare quando ad prœliũ veniebatis vt vindicaretis cladem Romani exercit9: & maculatæ militiæ probrum diluueretis. Si Neronis tempore vlciscendam iniuriam Romani nominis æstimastis: quid vos decet velle Vespasiano imperatore? Lauemus superioris imperii notam: ne nostro adhęreat: quam Nero quidem remoturus per Vespasianum æstimabatur. Vespasianus per Titum in se transfuderit. Nisi vicerim9: exequenda nobis tantũmodo supplementa victorię pater reliquit: quo fusis incassum tantis laborib9 dedecores inultiq; referem9 gradũ victoriam derelinquentes: quasi non leuius crimen sit de militia decedere q̃ victoriam deserere. Illud enim formidinis: hoc proditionis est. Sed periculosum putatis in hostem descendere: & murũ armis circũsonare: quasi vero muliebria de nobis & nõ virilia opera ipsa natura expetat: quæ nobis ideo vitalem infudit spiritũ: vt eum pro gloria libenter refundam9. Ad quæ igitur nisi ad maxima quæq; a duce suo bellator adhortand9 est? Nam vsitati operis adhortatio non solũ conuentis: sed etiam conueniẽtib9 affert pudorẽ: vt exigas quod sponte debet. Id enim de se militem præstare oportet. Et tamen quid immoderatum a vobis exigo? Nonne præstat mori per virtutem q̃ viuere ad ignominiam? In medias romanorq; acies freqnter Iudęus excurrit: ac sese hostilib9 cuneis impauid9 infũdit: non ad spem victoriæ: sed ad indiciũ fortitudinis & ostentionem gloriæ. Vos quib9 terra & mari nemo impune adhuc restitit: quib9 non est nouũ vincere: & crimen non vicisse: cũ tanta de cęlo habeatis vicẽdi suffragia: nec semel qdem proripuisse in hostẽ gradũ nõ pudet: sed armatos ocyũ tenere: & in procinctu positos feriatis animis expectare: vt fames pro nobis dimicet: atq; inedia potius sua q̃ nostris fusi gladiis in opprobriũ nobis erubescendos vertant triumphos. Non pudet inquam strenui commilitones vniuersarum victores gentium: nihil de armis sperare: nihil de viribus: sed de sola obsidione: & operiri quando hostis morbo consenescat: atq; in suo moriatur lectulo? Et quæ potest esse sine bello victoria? Omnia sũt repleta cadauerib9: & deformes exuuiæ iacent exangues reliquiæ defunctorum: non quos ipsi inter se suis manib9 trucidauerunt. Quid timemus eos quos iam fames: ignis: latrocinium: seditio extinxit? Quid destituimus diuina beneficia? Cuius enim nisi dei nutu in sua collisi arma sũt? Destituti quoq; subsidiis alimentorum nec vllus domestici finis furoris. Vereor ne iam & religionum videamur rebelles: qui & nostris & suis religionibus infidos tam diu reseruam9. Verũ esto: sit atrox bellum & formidolosum. Quid enim vos belli demulceo facilitate? Sit victoria incerta: certũ periculum. Nonne apud eos mihi sermo est: qui humana prudentia nouerint in periculis prõptiorem esse omniũ animantiũ fortitudinem: q̃ in remissiorib9 contentionib9? Feræ ipse cum se circunuallatas armis viderint: maiore in eos impetu ruunt: vt vi sibi aperiant iter. Et atrociora serpens latibulis excussus infundit venena. Sunt etiam qui natura innoxia: in periculis tamen suis ad nocendum fortiora sunt: Habẽt cerui sua arma: si quis se obuiũ ferat: & mortẽ cornibus repellunt. Habent & læsæ apiculæ suos morsus. Quid autem de viris bellatorib9 apud Romanos loquar? cũ Leonides ille Lacedæmone genit9: ꝓliatur9 aduersus innumerabilẽ psarq; exercitũ dixerit: prãdeam9 in tetris: apud inferos cœnaturi. Tñ valuit apud græcos

hic sermo: vt non solũ de trecentis illis Lacedæmoniis viris quib⁹ ipse peeat se nemo substraxerit pter vnũ tm quẽ superstitẽ postea null⁹ recepit: sed etiã de cęteris qui simul ad bellandũ pcesserãt: nisi quos Leonides tãto degeneres bello repudiauit. Quid de Romanoꝝ integris legiõib⁹ loquar: quas Cato Romanę assertor facũdię & veritatis sincer⁹ iterpres asseruit: cũ exultatione ad bellũ pcessisse: de quo se reditu ros nõ arbitrarent: vniuersosq; libenter pcubuisse: ne mutarent sentẽtiã? Beati quoꝝ nemo suis hostiũ fuga victoriã annũtiauit. De trecẽtis tm Lacedæmoniis vir vn⁹ subterfugit: & illi in angustiis prœliabant: ne circũuenirent. De romanis legionib⁹ null⁹ vitæ elegit: sed oẽs mortis hęreditatẽ: quarũ vos posteri estis: sed contẽptu periculoꝝ quasi glori osa indoles virtutis prosapiã non abnuatis. Quis em fortiũ virorũ esse se mortalem non nouerit: oĩbusq; positũ finem viuendi? Quanto igit meli⁹ patriæ impendere qd patriæ debeas: & necessitatẽ cõmutare gloria? Nec anhelę senectutis suspiriis obnoxiam vitam deiicere: nec feruentis ægritudinis casus reformidare: cũ depositis æuo quotidiana fastidia sint. Illoꝝ autem qui languore marcescũt: deficientib⁹ virib⁹ pariter ac sensib⁹: vt multorũ opinio habet: aĩæ simul cũ corpore sepulcro adiudicent. At vero bellatoꝝ & strenuissimoꝝ virorꝝ qui se pro patria: pro liberis: pro religione morti deuouerint animas: de vinculis corporis hui⁹ ferro absolutas: nulli dubiũ quin purũ illud æthereũ elemẽtũ stellarꝝ lumine refulgẽs: In cælestib⁹ suscipiat habitaculis: hospitio quodã supernæ quietis: in terris quoq; remanere insigne aliquod est gratiæ vel iniuriæ: vt & languore cõmaceratos obliuio abscondat: & aduersum pect⁹ in hostem ferentes: si mors conuenerit sequat gloria. Ad hęc vos inuito pmia commilitones: vt in hostẽ pgamus quẽ clausum tenem⁹: & ascendam⁹ in murũ per ruinã muri validioris: quę nobis velut quendã aggerẽ pstat: & æquat muro inferiori. Quisqs virtutis vexilũ pferẽs prim⁹ in murũ ascenderit vel secũd⁹ vel terti⁹: vel plurib⁹ comes: haud quaq; mihi nõ donat⁹ opimo abibit munere: & si nulla maior remuneratio q̃ fortitudinis gloria: quę plærũq; est tutior. Nam vbi primũ animis & virib⁹ confidentissim⁹ quis ascendit: fugient q resistebãt aut ad inferi ora se conferẽt: aut latibulis abscõdent: ita qd maximo nũc periculo sit fin iferiorib⁹ quęrim⁹: sine labore magno sequet: vt deiectis hostib⁹ bellũ conficiatur.

Cato

Ca.xxviii. Sabinus.

Ix sermonẽ Titus clauserat: & Sabinus se obtulit ex Syriæ viris egregi⁹ bellator: & ante Cæsarem consistens ait obedire se imperiis: ascensioni paratũ: si euent⁹ sibi adesset: vt Cæsari placeret: si destitueret secũdis: nihil præter spem sibi accidere: qui iudicio pprio delegisset pro Cęsare mori. His dictis ęuã extẽdẽs: clypeũ supra caput extulit: & dextera vibrans gladiũ: immane quantũ in arma insurrexerit: vt quiuis eũ nõ recognosceret: quem paulo ante exilis corporis specie despicabilem putauerat: subito cũ videret pergere in aduersum: & hostibus pariter & muris minantẽ sese extẽdere: quasi iam celsior in subiectos prœliaretur: & murum quateret manu. Sequebant eum vndecim viri studiosi ad imitandũ: sed impares ad consequendũ. Repugnabant de muro Iudæi: spiculis: saxis: sagittis: & qd cuiusq; manus inuenerat: telum in Sabinum deiiciebat. At ille interritus cursu concito insiluit fragmentoꝝ aggerem: & in summo locatus hostem auertit: dum proximus quisq; formidat periculum. Sed dum se librat in murum attollens: & securus victoriæ in hostem intendit: lapsus in faciem cum maximo sonitu ruit. Quo reuocati Iudæi cœperũt iacentem missilib⁹ vrgere. Ille genu nixus: & se protegens scuto: q̃diu potuit a vulnere defendit: nec immunem reliquit quem proximum repperit. Ad postremum tamen consertus vulneribus: spiritũ priusq̃ bellum deposuit: nec deiectus gradu: nec muro excussus est: nisi mortuus: tribus quoq; aliis necatis: octo semineces: licet a cæteris tamen exitio subtracti. ¶ Nec tantum terrori reliquis mors Sabini: sed incentiuo fuit. Nam Romani viri qui prætenderent vigiliarum munere cõ-

Cap.xxix.

nere cõpensare cupientes opis effectu: q; Sabini studio prœuẽti foret. xx. numero ineũt cõsilium magnũ & memorabile: vt aduocato quinti ordinis signifero: & duob⁹ equestris militiæ viris: quos promptiores arbitrabant: atq; vno tubicine: qnta hora noctis silẽtio p aggeres sese fragmẽtorũ muraliũ in supiora attolleret: cæsisq; custodibus Antoniæ murũ occuparet. Quo pacto terribilior solito sonit⁹ increpuit tubæ: vt fessi labore iudæi & somno soluti de improuiso pturbarent: q; omnia repleta hostib⁹ crederẽt. Ante itaq; fugere cœperũt q̃ veri fides pateret. Neq; em periculi sors tenebrosæq; noctis caligo patiebat: vt quãti essent cognosceret. Et cæsar audito fragore tubæ armari exercitũ iubet: ipse cũ electis prim⁹ i murũ ascẽdit: suis auxilio: hostib⁹ impedimẽto. Illuxit dies & iã cæsar cõspicuus e muro suos adhortabat: alii manibus suorũ in murũ eleuabant: alii p cuniculũ quẽ Ioannes ad subuertendos Romanorũ aggeres defoderat: i vrbem se deferebant. Versa in pernicię pfidis subsidia sua: exclusi vndiq; in tẽplũ se cõferũt. Eo quoq; volẽtes Rõani irruere cohibẽtur angustiis: armisq; repellũtur: fit in vestibulo graue prœliũ: nec iã spiculis aut sagittis: sed gladiis res cominus gerit: manus ad vulnera: gladi⁹ sup gladiũ: ictus sup ictũ: percussor cæsorũ sanguine perfundebat: vt ipse potius pcussus estimaretur. In ipso tẽplo: furor bellic⁹ dominabat. Natabãt pauimẽta sanguine: moriẽtiũ gemit⁹: vicẽtiũ clamores sine ordine & modo psonabãt: Romanos pficiendi certaminis spes accẽderat: iudiæ supma patriæ excidia ademerãt mortis formidinẽ. Hi sumptu gloriæ virtutẽ alebãt: illi desperatione salutis: omne effundebãt virtutis viaticũ nec reseruabant.

Cap.xxx. Iulianus

Vlchetrimũ quoq; facinus adorsus est Iulianus cẽturio vir armis maximus ex Bithinia pfectus, puincia: sed Romanis assuefactus disciplinis bellisq; exercitus: & honoratę militiæ clarus stipẽdiis. Qui cũ cęsarem propter adstaret: vbi aduersos vidit Romanos: qa iudæi erant numero præstantiores & adhuc Romani pauciores aderãt: subito de Antonia se pripuit: & insequẽtes auertit: nec sunt ausi resistere: ipsa specie pcellẽtissimi viri & supba quadam vltra humanã formã virtutis auctoritate: ita vt ipse cæsar miraretur. Omiaria atq; incerta velut quędã bellorũ alea: q̃ sicut iactu quodã: ita casu quodam potius q̃ virtute plærunq; inopinatis ludit euẽtibus sufficiẽs nouos exitus. Nãq; & hic iactus fuit: nõ thessararũ qdem: sed sagittarũ telorũq; pluriũ lapidũ quoq; qb⁹ sæpe victor sternit alieno vulnere. Et cũ aliena spolia rapit: ipse dispoliat. velut hic Iulian⁹ q tergo immiebat hostiũ: dũ alios pimit: & claustro coercet: ipsa alacritate incautior confixũ clauis calciamẽtũ gerens vsu militariũ virorũ: nõ cõsiderauit polito lapide solũ stratũ qd cauẽdũ foret: sed quasi in cãpo prœliaret secur⁹: labit & ingẽtẽ strage sua sonitũ dedit. Nec potuit assurgere lubrico soli fusus: genu tamẽ se sustinẽs regressum hostẽ repellebat: vt appropinquãtes cęderet. Iaculãtes quãtũ posset caueret. Sed ipsa fatigat⁹ atq; oppssus multitudine solus licet: qa nullus tãto se inserere piculo auderet: nõ despicabilis tamẽ neq; inultus impigre occubuit. Haud eędem vt arbitror: tali dignus exitu fuit. vt tãta virt⁹ viri sic deciperet. Sed plurimũ in bello prudentia valet: quę cauta semp & perspicax icertorũ prouidet casus. Solus se de Antonia proripuit: solus in hostilia arma ruit. solus se armis miscuit: sol⁹ in templũ iudæos redire cõpulit. Vereor ne istud obfuerit magis: qa de tẽplo fuerũt exterminandi deo infideles: ideo lapsus non inuenit remediũ. Spectabat Tit⁹ vincẽtem cũ gaudio: periclitantẽ cũ ingenti dolore: volebat subuenire: sed longe aberat. Reuocabat a suis: qa in milite vni⁹ sors est: in imperatore vniuersorũ periculũ: docebat ex emplũ qd cauendũ poti⁹ q̃ sequendũ cęsari foret. Deniq; sic cõsternati fuerũt socii: sic elati aduersarii vt & corp⁹ Iuliani in potestatẽ veniret hostiũ quasi adhuc & defunctũ timerent: si Romanis restitu eret. Cæteri Iuliano cæso facili negocio cessere. Nondum enim ascenderãt numerosi & iudæis occasio necis eius virtutem auxerat promptissimis eo prœliõ ad repellendos Romanos Alexa & Gitteo Ioãnis coniuratis q factiõis eius ppugnatores forent ex Simõis quoq;

Ludus bethicus

parte Melchio & Iacobo Idumeorum duce egregiis bellatoribus: Arisimone quoq; & iuda tertiæ factionis viris pariter adnitentibus: q coniũcta manu pulsos Romanos intra Antoniã clausere. ¶ Cõtra Titus nõ munimẽto sibi: sed impedimẽto angustias Antoniæ ratus: iubet diruí munitionẽ eius fundit⁹: vt cõgressuris iter in hostẽ aripereť. Cõptoq; q; solennitas iudaís festorũ dierũ appropinquasset ꝓcepit: interpretari Iosephum hebræo sermõe: quę ipse alloquereť. Quæ malũ ratio Ioãni suaderet vt Romanos lacesseret. Si virtutis fiduciã gereret: eligeret aliũ pugnę locũ: eo progrederet: dũmõ vrbi parceret: tẽplũ nõ cõtaminaret: sacrificia festoq; dierũ non impediret. Relinqueret quos idoneos sacrificiorũ ministeriis ęstimauisset: fortitudinis suę documẽtũ vbi vellet præter vrbẽ & tẽplũ ederet: cõgressioni milites cæsaris nõ defuturos: inuitũ se cogi ad totius vrbis euersionẽ: cuius reliquias seruare vellet: si pateret Ioannes: imminere templo faces: nõ quo tẽplũ Romãi festinarẽt exuere: sed e templo educere belli incitatores. Si victos se crederẽt manus darẽt: at si victores futuros sperarẽt: nõ intra claustra se recíperẽt: sed in campis defenderẽt: quo templũ lambentibus iam incẽdiis eripereť: vacaret purificationib⁹ Ea interpretante iudęis Iosepho cum silentio audita: tacitum vulgus probabat: sed metuebat sentẽtiã suam pandere: qbus respondet Ioannes: nullum præstabili⁹ deo esse sacrificiũ q̃ p patris pro focis: p templo ponere animam viros deo sacratos: & ideo si necesse sit libenter procũbere pro libertate. Tamẽ sperare se qd excidiũ ppeti nõ possit ciuitas dei. Titus ad hæc. Merito igiť purã deo seruatis vrbẽ: & sanctũ immaculatũ: necãdo ciues: interficiendo innoxios: pimendo ciues! Talibus flagitiis nõ placãť diuina: sed offendũtur: Abdicastis deum vestrum sacrificiorum suorũ cultibus. Si tibi aliqs negaret cibũ Ioãnes quæreres eũ: deo vestro suæ hostiæ nõ immolanť: nõ reddũtur sua munera: iugulantur homines & adhuc putas deum auxiliari. Retiera sic egesta edocẽt: sic testificãť cęsoq; eõgeries: & cumuli vestrarũ calamitatũ. Quis hęc vidẽs nõ ígemiscat! Nec rephederẽ q; pugnares p patria: si nollẽ parcere: si nollẽ patriã vestrã aut tẽplũ reseruare. Neq; n. digna carthago: aut metuẽd⁹ hebręo⁹. Hãnibali: q partẽ mediã orbis Romani subegerãt & tũ ipa quoq; reparata Carthago q̃ vsq; ad excidiũ sui rebelles ciuiũ aios tulit fidemea salua. Hęc oia tibi futura spõdeo: veniã tibi salutis polliceor: nõ p mercede sceleris: sed pro redemptione vrbis vt a te redimã perituroru culminũ statũ. Desinas moneo latrociniis tuis cõturbare ppositũ pietatis Romanæ. Nõ formidabiť Hierosolyma: vt diruať: quãdo potior viribus reseruata est antiochia. Certe Hieconias vester & persis credidit & vrbem egressus commisit se cũ suis primis barbarico furori ne ppter se ciuitas euerteretur. Celebrať a vobis ei⁹ memoria sicut vestri asserũt: adest Iosephus assertor eius celebritatisq; testis: qua honoratis virum qui pro patria se captiuitati obtulit. Seruauit eũ & barbar⁹ persa & ego tibi spondeo impunitatem. Certe & Iosephus arma Romanis aduersa intulit crede promisso: cuius & exemplũ prę misimus. Vadem tibi sponsionis nostrę Iosephũ damus: immo iam dedimus: quẽ reseruauim⁹ Loquať vobis sermone patrio obliget se ritu quo soletis: nõ pudet nec vadẽ quęrere: nec fideiussorem dare: ne euersionem exhibeam qui volo parcere.

Ca.xxxi.

Lere ad hæc Iosephus rogare Ioãnẽ: deplorare patriæ statũ: obseruare sermone flebili appellare vt ciuẽ: sed cęteris ptinaciorẽ testari dei omnipotẽtis gratiam saluum fore cũ suis tãtũmõ desisteret excitare militẽ Romanũ ad vrbis euersionẽ. Quẽ vbi flectere nequit: non mirũ (inqt) Ioãnes si perseueras vsq; ad excidiũ patriæ cũ iam reliquerint eam præsidia diuina. Sed mirum q; pituram non credis cũ legeris propheticos libros quibus excidia patriæ nobis annunciata sunt: & reparata culmina rursus a Romano diruenda exercitu! Quid enim aliud clamat Daniel! Non enim qd iam factum erat. sed qd post futurũ prophetabat: quæ est abominatio desolationis quã vociferatus est venientibus Romanis fore: nisi ista quæ nũc imminet! qd est illud oraculũ qd a nostris sępe commemoratũ est a summo denũ-

ciatũ deo: Tũc scilicet peiturã vrbẽ fũdit⁹: cũ ciuiũ manib⁹ contribulis suus fuerit: extictus nisi qd nũc ípleti videmus! & fortasse: qa iã defendi templũ nõ placet: interdicto maculatũ sanguine purgari incendio placet.

Ca.xxxii.

Ompleuit sermonem Iosephus: sed nullis Ioannes mouetur fletibus: nec promissis flectiť. Vrgebat deus iãdudũ pfidas mentes: ex quo ípio se parricidio cõmacularũt christũ Iesum crucifigentes. Hic est ille cuius mors iudaeorũ excidiũ est: natus ex Maria: q ad suos venit: & sui eũ nõ receperunt: Quãdoenim suos nõ occiderũt iudæi! Nõne filiũ Saul sui occiderunt! Nabuth propheta a suis vtiq; lapidatus est. Iudæa fuit Gezabel: quæ iussit iudæis: senioresq; ꝓceptũ executi sunt. Iudæus Achab: q causa mortis eius factus est. Quanti alii a ciuibus ciues pempti: & tamẽ diu integra ciuitas mansit: & si diruta a Babiloniis: post annos innumerabiles: sed reparata postea: hoc est supremũ excidiũ: post qd irreparabile templũ: qa auerterũt sceleribus suis præsulem templi reparationis arbitrũ.

Ca.xxxiii.

Ali affatu cæsaris: & repetita oratione in flexa est aliquorũ sententia: qui se subtrahere potuerunt: vt ad Romanos cõuenirent. Cæteros reuocauit periculi metus: q a latronibus intendebať: & forte quædã inclinatio mẽtiũ erat ne plures eripenť futurę euersioni. Q; cæsar cõfugientes ad se qa erãt inter eos & viri sacerdotales cũ filiis & aliis splẽdidioris familię viris suscepit bona gratia pollicẽs securi tatẽ ius salutis possessionũ suarũ atq; ad vrbẽ cui nomẽ Gofna direxit: ne qd offensionis oriret ritu dispari cultus diuersitate Qdab hiis q in vrbe positi repugnabant (seu qa huiusmodi suspicio incesserat: siue vllus conposuerat dolo: ne plures dilaberenť) in argumẽtũ est diriuatũ necis vt extícti obiicerenť. Eo cõperto reuocatos Tit⁹ iussit cũ Iosepho propi⁹ muros obire: vt a suis agnoscerenť. Illi cũ lachrymis gemitu q; magno nõ sua deflere: sed patriæ templiq; excidia: Rogare ciues vt sequerenť cęsaris fidem: eriperet templũ parato incẽdio: nihil sibi aduersus legẽ pręceptũ: nihil de libertate imminutũ. Acqescerẽt & ipsi experirenť Romanorum clementiam quorũ insuperabilem virtutem experti sunt.

Ca.xxxiiii.

Vm talia miserabiliter deplorarent: proturbanť a suis bellũq; accẽdiť. insiliunt iudæi: atq; in ipsa irrũpũt temeritate penetralia. Omnes recessus omnia secreta occupant: quæ iaccessa viris erant sacrorũ exortibus Rõani quoq; se prœlio parant. Temerant interdicta patrũ belli necessitate maiore tamen romanorũ q̃ suorum reuerentia. Gentiles enim cum formidine templum spectabant. Iudæi cum furore ac temeritate adibant & madidas manus humano gerẽtes sanguine ipsa tractabant altaria.

It⁹ adhuc in proposito manẽs alloquebať Ioãnẽ: & inuitũ se deduci ad excidiũ vrbis & templi cõtestabať: dicens ad eũ. Quid sibi volunt Ioãnes impressi illi ante fores tẽpli apices elemẽtorũ! Nõne significant nenimem nisi sacratũ debere templo appropiquare! Quid illa septa pro templo! Nonne vt conspect⁹ arceant vniuersorũ liberos solisq; mysticis pateat secretorũ cognitio: atq; his sit liber aspectus. qbus est legitimus ingressus! Prospectus excluditis peregrinorũ & accessus cogitis. Scribitis: vt null⁹ ingrediatur aduena: nullus peregrinus introeat & pegrinũ sanguinem intra templũ funditis: aduenarũq; simul & ciuium cruore vestra altaria cumulatis. Testificor ego non impressionis nostræ esse: sed vestrę prauaricationis q; violatis quę vestra sunt. Ego alien⁹ non exigo immo obtestor: si velitis discedere i colume templũ futurũ neminẽ Romanorũ hostiles irrogaturũ man⁹: nihil de vestris temerandũ esse sacrificiis. Seruabo templũ vobis & ꝓselytis cult⁹ enim sacrorũ diuersus: sed operis cõmunis vsus. Qd cult⁹ fuit a vobis recessit: quod operis est victorib⁹ remãsit.

Ca.xxxv. VBi ne his qdem per Iosephum insinuatis reuocari cæsar aduertit (factionis eñ principes putabāt: diffidentiæ potius q̃ pietatis esse) tā frequētem desistēdi cōuētionē ad prœliū necessitate: inuit⁹ reuertit: iubet adesse Rōanos. Sed qa tātæ multitudini angustia ĩpediměto erat .xxx. electis viris singula deputat bellatorū millia. Nō eñ totū exercitū reciperent tam densa ædificiorū obstacula. Ipse quoq; simul descendere volēs reuocabat a suis ne in angusto nocturnis etiā plerūq; temporibus q̃bus necesse erat insidiantiū fraudi occurrere piculi aliqd in se excitaret: cū amplius proficeret: si spectator belli adesset: quo vnusq̃sq; prōpti⁹ sibi decernēdū arbitraret: sub oculis cæsaris pliaturo Omnia enim quæ circa templum gererentur velut ĩtheatro quodam ex loco Antonię desuper visebantur. Inflexus ad eam sententiam cæsar: Cereali mandat negōcium vt prætendentibus circa templum iudæis hora noctis nona supueniret: cæterosq; hortatur studiose ingruere certamini: se quoq; dimicantum meritis non de futurum cū desuper aut ignauiæ cuiusq; testis: aut virtutis arbitrer pugnam examinaret. Cerealis præscripto tempore impigre adest: sed custodes vigilantes repperit: prœlium cōseritur. Siqdem & intra tēplū siti nō dormiebāt: & cōgredientibus q̃ excubias obibāt: facile se cæteri ad bellū parārāt. Cōferto agmine instabat Roman⁹: iudæi dū claustris atq; angustiis nituntur: ne cirūueniremur pcursabāt diuersa vt sequētius sibi a suis esset piculū: dū in tenebris non cognoscerentur: & plærūq; transfigerent a sociis dū hostes putātur. Quis enim nocte discerneret socio an hosti occurreret? cū interrogare serū esset: cauere vtile: cōsultū pueniret: & tolerabilior culpę exit⁹ errare ĩ alieno vulnere: propriū negligere piculū vbi hostis timet. Ancipi itaq; per noctem periculo laborabāt iudæi: vel qd̃ inferret hostis vel in quo socius erraret. Nec minore p diem pricie afflictabāt: nocte plus erat periculi a suis p diem Romanus vehemētior aderat: quē totius spectator certaminis Titus vel tacit⁹ vrgebat. In horam qntam pugnatū est acriter. Iudęis quoq; strēnue rebellantibus vt neutra pars loco cederet.

Ca.xxxvi. VM hæc inter se prœlia gerūt: septē dierū spacio depositis omibus vsq; ad fundamenta terræ: quæ castro cui Antoniæ nomē: Herodes immuniuerat latior facta est via: quæ ad tēplū ducebat: vt nō solū pcursandi mulitib⁹ esset facultas: sed etiā in munimētis cōstituendis & coaceruandis aggeribus quantū esset necessariū locorū pateret: quo pulsarent etiā templi fastigioq; summa per quæ Romanis intrētius immorātibus cū intolerabili⁹ fame vrgerent. Iudęi cœperūt insidiari Romanorū iumētis: si qs bellatorē equum pabulo laxauerat: aut mulū leuandi oneri necessariū rapto auertebant: nec solū cibus eis dispēdio Romanorū: sed etiā militiæ flagitio petiebat. Cuius incurię probrū in exordio statim præscripto necis supplicio cæsar remouit: fraudē tamē peruicaciū nō compescuit. Exclusi enim ab huiusmodi rapinę necessario esurientibus alimento: herbarū subsidia captantes: destruēdum murū quē circa pomeriū Titus duxerat excogitauerūt: vt vagādi & quærendi radices arborū: pabulorūq; liberior fieret excursus: quos ad cuiusdā carceris vicē circuitus muri clauserat: nec erat iam quo famem leuārēt. Obrepūt itaq; & excursu repētino ad montem oliueti ingruūt pētēdētib⁹: nec illi cōmisso defuere muneri & tubę classico de cæteris castrorū aut turriū munimentis alios accerserūt ad prœlii societatem. Cōsertē pugna acrior in principio: dū pudor hos: illos fames vrget sęuo ĩperio ac necessario: sed cōfluentibus Romanis repellūtur iudæi atq; ad vrbis suæ muros reflectuntur.

VNc vnus e turba (Pedanius nomē) cōcito equo dextrā extendit & se paululū inclinans vnū de iudæis fugiētem suspēdit: captiuū cæsari ferēs: gloriosęq; victorię victor rapinę velut lepusculū aquila: aut accipiter fulicam ante pedes cęsaris viuentem de

iecit. Quo delectat⁹ admodū Titus laudatū & honoratū eū dimisit. Clam circūfusę templi ardebāt porticus: vbi luctus: vbiq; mors. foris bellum intus supra bellū & incendiū. Nec frangebant animis iudæi putabant vindictę perire: qcquid sine fraude gererent vel insolētia. Quādo aliter iam neqbant puocabant: Romanos ad excidii celeritatem. Ionathes qdem exiguus corpore despectu dignior iuxta Ioānis sepulchrū lacessebat Romanos vt secū q vellet manu decerneret. Aliis despicientib⁹ pusillitatē hominis: aliis fastidientibus: cū eo decertare quē tōtinuo captiuū habituri forent: alii cōsiderātibus periculoso certamine rem geri cū viris q in extremis salutis non aliqua fortitudine: sed sola temeritate vindictā quæreret: nihil laudis futurū se vīceretur excidio finitimus & plurimū dedecoris: si quis lapsu aliquo cōmunē victoriā turparet lactabat se insolētissim⁹ & metū obiiciebat victoribus cōuitia ferens q̃ nō suis viribus sed alienis auxiliis romani inniterēt: nec iudæos bello hostiū: sed dōesticis afflictos seditionibus. ca.xxxviii. Ionathes

ERrat in numero militū Romanorū Pudens nomine: q̃ præstrictus inanibus cōtumeliis: dū incōsulte pudori cōsulit salutem neglexit: atq; ipsa indignatione incautior vulneri patuit: fusasq; in terrā incussit sociis verecūdiam: insultationis quoq; causam Ionathę simul & mortis reliqt Namq; is successu lætus certaminis: & pompā attollens triūphi: dū triūpudiat atq; exultat concussoq; clypeo simlʼ & gladio proludit: excitauit in sua vulnera cēturionē priscū: q̃ supba & tumida iactātē non tulit atq; incautū victoria penetrauit ictu sagittę. Quo strat⁹ Ionathes docuit in prœlio neminē irrationabiliter insultare oportet vbi victoris & victi cōditio incerta: donec bellū claudat. Pudens

Ca.xxxix. AT in vrbe interiore: cū hostē intra muros cernerent altissimis eminētē aggeribus vniuersisq; imminētem mœnib⁹ & tanq̃ vulnus in corpore ita piculū introrsum pgere reformidarent: intercidūt porticū sepētrionalē ex ea parte qua adhęrebat Antoniæ: ne p ipsam hostis in templi superiora ascenderet: vel in inferioribus sitos supior vrgeret: & pxima quæq; demetunt: ne populantibus incendiis templo finitima etiā templū ipsum ignis depasceret: atq; intercisa igni exurūt ita qd̃ ab hoste metuebāt priores cœperūt. Solomonis quoq; porticū ad fraudē parārūt vt culminum interiora replerent pice ac bitumine quæ infra fornicē summi latere fastigii: simulato q̃ eam vellent defendere & frequētes hostem incesserēt sollicitant Romanos atq; ĩ sese excitāt. Illi admotis scalis summa porticus petūt: iudæi loco paulatim cedere quo plures Romani ascēderent. Hi certati irrepere tamē prudētiores suspecti dolū caucre: sed vulg⁹ intrētū victorię pfestinare: vbi res fraude carere visa plrimis: quasi ĩter tetia locatis admouet ignis fornicib⁹ interioribus atq; adultis pice & bitumine atq; cæteris incendii nutrimentis in totam diffunditur porticū. Circūuallabāt flāmæ victores Romanos: vt nec resistendi facultas suppeteret: nec fugiendi copia: quod facerent non reperiebant. Spectabat Titus suos periclitantes indignans quidem q̃ iniussi ascenderant: sed miserans q̃ victores perirēt. Plæriq; se præcipitio dabāt: vbi incēdiū euaserāt: fractis cruribus moriebāt: collisi corpore: Miserius erat: si debiles superuiuerēt. Volebat subuenire cęsar nec poterat hortabat tamē proximos clamabat: vt auxilio suis essent. Has voces: hūc dolorē cæsaris p supremo illi habebāt solatio. Hoc erat morituris viaticū: hoc se velut sublimi solātes sepulchro ad mortē festinabāt: q̃ in visceribus cæsaris recōderētur. Nec vita eorū piret quorū viueret gloria: q̃ moterent p cæsare relinquētes sui hereditatem triūphū. Itaq; alii circūueniebant ignibus: alii preueniebant: nec lōge hostis: q̃ flammas fugiētē feriret. Calamitas Romanorum

Cap. XL. Longius Artorius

CLōgus tñ egregiæ virtutis vir: cū prouocaret a iudęis vt sese his cōmitteret promissa salutis securitate maluit se trāffigere gladio q̃ maculare probro Romanę indolis fortitudinem. Artori⁹ autē satis astute voce magna clamauit luciū dicēs. Hæres mihi eris: si me decidētem exceperis. At ille miserād⁹ occurrit ruēti atq; in se mouituri necē trāsfudit. Vere bellicū testamētū nō atramēto scriptū: sed sanguine nec ĩ charta: sed ĩ mucrōe. Q̃ hęredem pmisit magnū plane ingeniū vt inueniret volūtariū mortis vicariū. Incensa est itaq; portic⁹ vsq; ad turrē

quã Ioãnes cũ bellũ aduersꝰ Simonẽ geereret: ædifica uerat sup portas regię domꝰ quã Ezechias sibi rex ad habitãdũ cõdidit: reliquã eius partẽ: ipsi diruerant iudęi. Sequẽti quoq; die a Romanis quoq; exusta est omnis porticus septẽtrionalis usq; ad porticũ oriẽtalẽ. Nam cũ suis ipsi manus iniicerẽt ędificiis: docuerũt Romanos illis nõ parcere. Nuda erat iam templi facies: & sęua hominũ fames: insidiabãt sibi inuicem: qs cui raperet cibũ: & ubi alimẽti suspicio: ibi bellũ: inter domesticos pugnabat pro cibo. Necabãtur carissimi: discutiebant defuncti: ne qs ĩtra amictꝰ eorũ cibus lateret. Simulare aliq mortuos æstimabant: ne viuẽtes aliqd habere alimenti suspectarent. Sed ne viuẽtes qdem aut vitæ fungi munere: aut mortem simulare poterãt. Verũ apto ore sicut rabidi canes aurarũ captãtes spirãina: huc atq; illuc circũferebant iopia duce Sæpe etiam quasi ebrii in eadẽ domicilia regrediebãtur: vt iterũ quæ vacua reliquerant pscrutarent. Et cũ alia famis solatia nõ repetirẽt: detrahebant coria scutis: vt cibo essent sibi quæ psidio nõ eẽnt. Mãdebãt calciamẽtũ nec pudor erat solutũ pedibꝰ suscipere: & ligua lãbere. Vetustæ quoq; paleę quæ olim proiectę fuerãt: nõ medio cristudio requirebant: & si qs repererat grandi precio mutuabat.

Fames dira

Cap XLI. Mariæ Pereę dirũ facinus

QVid adoriar dicere factũ Mariæ qd cuiusuis barbari atq; impii mens phorrescat? Ea erat de locupletibus fœminis regiõis Pereæ q̃ trans iordanem iacet belli horrore oborto cũ cæteris se in Hierosolymitanam vrbem cõtulerat q̃ esset tutior: eo quoq; suas deuexerat opes: quas principes factionũ certati inuasere. Alimẽtorũ etiã si qd p̃cio q̃siuerat de manibus eruebat exagitabat a psidis dita iprecabat: volebat mori sed pcussorẽ nõ inueniebat. Malebãt insultare diutius: affligere grauius q̃ cito perdere. Putabant q̃diu viueret pdã fore Defecerãt iam omnia & delitiis assueta asperiora palearũ vel coriorũ dura nõ emolliebat. Sæua fames intimis se infudit medullis: exaspauit humeros: mẽtem exagitauit. Habebat mulier infantulũ quẽ genuerat. Vagitu eius excita quũ se & paruulũ cõmacerari videret tantis victa immanitatibus atq; impar tam atroci calamitati affectũ amisit & pietatis genitalis vsu oblitterato: dolorem obsorbuit: furorem adsumpsit. Cõuersa itaq; ad paruulũ iam matrẽ oblita: & furẽs animi sic ait. Quid tibi faciam paruule: qd faciam tibi. Sæua te circũstant omnia: bellum: fames: incẽdia: latrones: ruinæ: cui te moritura credam: aut vitæ tantillũ relinquam: Speraueram q̃ si a doleuisses me pasceres matrẽ: aut sepelires defunctam. Certe si præuenires obitu: q̃ ego te precioso tumulo meis manibus includerem. Quid agam misera: viuẽdi tibi ac mihi nullũ subsidium video: Omnia erepta nobis cui te reseruabo: aut certe quo condam sepulchro ne canibus alitibusve: vel feris p̃da sis? Omnia inquã erepta nobis. Potes tamẽ dulcis meus & sic matrem pascere: idoneę ad cibũ manꝰ tuæ: O suauia mihi viscera artus iocũdi priusq̃ vos penitus consumat fães reddite matri qd accepistis: redi fili ĩ illud naturale secretũ: ĩ quo domicilio sũpsisti spiritũ in eo tibi tumulꝰ defuncto parat. Ipsa cõplectar quæ genui ipsa exosculabor & qd impatiẽtia amoris habet habeat vis necessitatis vt ipsa deuorẽ meos artꝰ nõ simulatis: sed ipressis morsibus. Ergo esto cibus mihi: furor latronibus: & vitæ fabula quę sola deest calamitatibꝰ nostris Quid faceres fili si & tu filiũ haberes: fecimꝰ qd pietatis fuit: faciamꝰ qd fames suadet. Tua tamẽ causa melior & quędam pietatis species: qa tolerabiliꝰ est q̃ matri dederis cibũ visceribꝰ tuis q̃ q̃ te mater: aut occidere potest aut deuorare. Hæc dicẽs auerso voltu gladiũ demersit & ĩ frusta filiũ secãs igni ĩposuit. Partem comedit: partem operuit ne quis supueniret: sed nidor incensi puenit ad principes seditionis cõtinuoq; odorem secuti introierũt mulieris hospitium minantes necẽ q̃ausa esset ieiunantibus ipsis edere: atq; exortes eos facere cibi: quem repperisset. At illa partem inqt vestram vobis seruaui nõ fui auara nec inhumana. Nolite indignari habetis qd & vos edatis: de meis vobis visceribꝰ cibũ paraui. Cõsidite ociꝰ mẽsam apponam: mirari habetis & ministeriũ mecũ iudicare q̃ talem nullius inuenetitis mulieris affectũ quæ vos

nec dulcis filii fraudaret gratia. Hęc dicẽs simul redopuit ambusta membra & epulanda obtulit cũ adhortatiõe huiusmodi sermõis: hoc est prãdiũ mecũ: hæc vestra portio: videte diligẽtiꝰ ne vos fraudauerĩ. Ecce pueri manꝰ vna: ecce pesꝰ eiꝰ vnꝰ: ecce dimidiũ relig corporis & ne alienũ putetis filius est meus: ne alteriꝰ opus arbitrẽini ego feci: ego diligẽter diuisi mihi qd mãducarem vobis qd reseruarem. Nunq̃ mihi fuisti dulcior fili: tibi debeo q̃ adhuc viuo. Tua suauitas animam tenuit meam & produxit matri miserę diem mortis. Subuenisti in fame: tu munꝰ supremũ sęnecte: tu pcussorũ repressor. Venerũt necaturi cõuiuę facti sunt. habebũt ipsi qd tibi debeãt: cũ epulas meas sumpserint. Sed qd refertis gradum: qd horrescitis aĩo: cur nõ epulamini qd mater feci? Possunt & vos delectare: quæ matrem exaturarũt. Non esurio: iam postq̃ me filius meꝰ pauit: abũde exatiata sum: famem nescio. Gustate & videte: qa suauis filius meus. Nolite fieri molliores matre: infirmiores muliere. Aut si vos in meo vulnere misericordes & nõ suscipitis hostiã meã: atq; auertamini holocaustũ meũ: ego consumimabo sacrificiũ meũ mãducabo qd reliquũ est. Videte ne vobis obprobrio sit q̃ fortior vobis mulier: reperta sit quæ absumeret epulas virorũ. Ego qdem tales paraui epulas: sed vos sic epulari matrẽ fecistis: & me tenebat pallio: sed vicit necessitas.

Cap XLII.

REpleuit cõtinuo totã vrbem tãti sceleris nephas & vnusq̃sq; tãq̃ ante oculos positũ parricidalis cõiuii ministeriũ phorrescebat. Cœperũt & ipsi incẽtores seditiõis examinare post hæc quos raperent cibos ne similes escas inuenirẽt: & velut imprudẽtes sumerent. Cœperũt viniuersi timere: ne diu viuerẽt & mori vellent: ¶ Peruenit etiã ad Romãos huius facti immanitas Nam plæriq; hoc horrore pterriti: ad hostem fugerũt. Quo cõperto cæsar execratꝰ infelicis terræ cõtagiũ manus ad cœlũ eleuans: talia protestabat. Ad bellũ qdem venimus: sed nõ cũ hominibus dimicamus: aduersus omnẽ rabiem beluarũ ac ferarũ: qd sensibilia loquor: aduersus omnẽ rupiũ immanitatem decernimus. Diligunt fere fœtus suos: quos etiã in fame nutriũt: & quæ alienis corporibus pascunt a cõsimiliũ ferarũ abstinẽt cadauerib⁹. Hoc vltra omnẽ acerbitatẽ est: vt membra quæ genuit mater voraret. Mũdus ego ab hoc contagio tibi me absoluo quæcũq; in cœlo potestas es: Scis scis profecto: qa intimo affectu pacẽ frequẽter obtuli: & qd nõ pudet dicere victor rogaui: qa parcere etiã ipsis tantorũ flagitiorũ prodigiorũq; auctoribus voluit: parcere populo: vrbem seruare: sed qd facerem repugnantibus: qd facerẽ aduersus furẽtibus? positis plærũq; armis: qa illi a suorũ cædibus non desinebant in bellũ reuerti: vt liberarẽ obsessos non perderem: ipsi nos de muris hortati sæpe sunt dimicare: ne grauiꝰ a suis perirẽt. Quales sunt ciues qbꝰ hostis remedio est? Audieram qdem intolerabilem huius esse populi ferocitatẽ: q incredibilibus se opinionibꝰ in omnem excitat insolentiam. De cœlo se genꝰ dicere: ibi prmum induisse corporis formam: cœli se fuisse incolas descendisse ad cultus terrarũ: de terris ad cœlũ redire: trãsisse p maria sicco pede: fugisse ante se fluctꝰ maris: cõuersa iordanis fluẽta in suũ fontem recucurrisse: stetisse solem vt hi hostes suos vincerent: ne nox impediret: raptos in cœlum igneis curribus suos: prœliatas pro se cœli potestates: & absentibꝰ his vniuersas hostiũ fusas copias: dormientibꝰ partam victoriam. Hæc cõpereram: sed putabam q̃ diuina circa se iactarent bene ficia: non vsq̃quaq; audaciã extẽdẽrẽt vt se nec a Romanis vinci posse arbitrarent. Agnosco itaq; cum his nobis esse prœlium: q̃ se insuperabiles credant: cũ se iactirẽt diluuii superstites heredes: fluminũ: terrarũ hospites: viatores equoreos: ascẽsores ethereos qbꝰ vnda murꝰ ẽ aer via: cœlũ habitatio: cedũt flãmę: nec: vicula tenent. Sitientibꝰ petra soluit: ac sese fundit in potus. Esurientibus cœlum aperit: cibus mittitur: carne volatiliũ castra implent: & panem angelorũ manducat homo. Stringunt liquentia amara dulcescũt: sol statuit: tenebrę illuminant. Postremo qd amplius potest esse: quando hic audacia deesse potest? Qui vt aiũt mortui viuũt & sepulti resuscitãtur. Aduersꝰ diuina quoq;

cõspirasse homines opinio frequens & pœna indicio est. Ardent hodie quoq; terræ propter incolarũ impietatem: plæroscq; etiam ex istis hyatus soli absorbuit. Qdiu igitur in his locis morabimur: vbi & terrarũ ruina est: vidimus & mare mortuũ: vidimus etiã mortua terrarũ nascentia: humũ aridã: virentiũ fructuũ vmbras inanes: foris gratiã: itus fauillã. Quis dubitare potest qn apud inferos versemur: apud quos etiã elemẽta moriunt. Ipsa qnetiã quæ post mortẽ viuere solet: apud hos naturę pietas mortua & supstes defunctis religio. Quis enim parẽtes nõ etiã mortuos diligat? Quis etiã amissos filios non amet: & loco pignorũ teneat? Manet affectus & si pignus obierit: pseuerat nomẽ naturæ: gratia nõ intercidit. Apud hos vero nec viuentẽ mater recognoscit filiũ: nec appellantẽ audit: nec vagientis miscereẽ: & propter vnĩ horę execrabilem cibũ: parricidales iniecit pignori manus. Sed quid quasi nouũ arguo cũ parricidio fraterno generis sui numerẽt exordia: cũ ipsius Abrahæ: quẽ appellãt patrẽ: & disciplinę auctorẽ: ac sui principem cultĩ in eo maxime fidem prædicent: q; nec filio parcẽdũ putauerit: eũq; sicut hostiam aris admouerit: atq; holocaustum offerre nõ dubitauerit. Nõ cõdemno deuotionẽ: sed quæro pietatem: aliũ quoq; e suis vouisse: aiũt victorẽ: vt qcqd sibi primũ occurrisset domũ reuertẽti immolaret deo suo: & cũ rediret occurrisse filiã atq; illũ iiecisse filiq; manĩ multaq; alia huiusmodi exẽpla: Qualis ista gens: quę religioni tribuat hominis necẽ & sacrificiũ putet eẽ parricidiũ? Quis deus possit hoc exigere: aut qualis sacerdos q hoc possit deferre? Denicq; veterem illũ quasi prudẽtiorẽ nõ fecisse aiũt: sed voluisse: istũ quasi cõsultiorẽ pseuerasse: Habeãt suos ritus duritatũ homines apud quos disciplina est filios occidere. Infelix ciuitas in qua talis officia tale misteriũ est. Operiãt eam ruinę suæ: atq; abscõdant inuidi ipsius cõtagionem ne sol videat ne stellarũ globĩ spectet ne maculentur aurarũ spiramina: purgatorius quoq; ille exuret ignis Thiesteas dapes fabulã putabamĩ: flagitiũ videmus: veritatẽ cernimus atrociorem tragœdiis Ibi enim firmior sexus & partus alienĩ: hic mulier cui partus ꝓprius fuerit cibĩ. Ibi aliena fraus hic propria volũtas. Ille doluit: hæc insultauit digna talibus viris esca: q ptinaciter bellãdo mulieres suas ad tale pduxerũt cõuiuiũ: Equidẽ eos tãtis malorũ afflictos acerbitatibus iã furere arbitror amẽtesq; factos q hæc non sentiant: quare maturius bellum conficiamus: qa emendari nõ queunt: ingruamus instantius vt fugiamus regionum istarum morientes aquas: terras ruentes.

Cap. xliii.

His dictis admoueri templo arietes iubet: sed nihil validi ictus proficiebant Plæriq; tamen territi de ipsis seditionũ principibus cõfugere ad cæsarem: quos Titus tanq̃ necessitate cõpulsos: nõ quasi promissum secutos dubitauit suscipere. sed fides tempetauit iracũdiã. Non eo loci tamẽ habuit quo perfugas superiores intentiusq; vrgere suos cœpit: vt vniuersũ hostiũ discederent periculi metu. Sed vbi parietes inoffensos ab ictu arietũ mole sua viderũt manere aluerũt audaciam: ingenio tamen cęsar preueniens ianuas argento opertas succendi iussit: qbus igne admoto argentũ defluere cœpit. Deinde paulatĩ etiã lignum ardere: sic in porticũ interiorem aditus patescere. Sed miseratus cæsar ne finitimis interioris vestibuli porticib̃ cõphẽsis templũ exureret: ad cõsiliũ vocauit duces exercitĩ dicẽs nõ cum insensibilib̃ sibi certamen esse nec bellũ cũ ędificiis quę victoribus proficerent si inexusta reseruarent. duces tamen asserebant valitudinem parietũ & munitionem templi iudæis in reliquũ quoq; incẽtiuo futura: qbus esset grata insolentia radices rebellionis eruendas funditus ne iterũ temeritas recrudesceret. Distulit tamen cæsar consilii tractatũ in posterũ diem: verũ iudæi se infundendos putarũt: sed romani consertis clypeis: q̃uis pauciores primum impetũ sustinuere. Nutabat tamen acies concursu innumerabilis multitudinis. Vnde cæsar cũ equitibus prope affuit: proterens facile quos reperisset: atq; hostile agmen: reflexit eo fretus: qa iam pateret vestibulorum portio. Maiore suorũ manu sequenti die disposuit ĩ hostem irrumpere: tẽ

plũ succendere. Quod factũ eripuisset vrbẽ incendio: nisi leua mens populi flammas in se hostiũ prouocasset. Iubet enim Cæsar restingui igniũ globos: ne irrupturis impedimẽto forent. Qd̃ videntes Iudęi: dũ insidiant volentib̃ incendia tẽpli restinguere: cęsis aliqb̃ hostem accenderũt: vnĩ de Romanis semiustã nactĩ materiẽ quę de fastigio deciderat: adulto igne portę admouit: quę aurea nũcupabat: q; auro vestitas haberet fores. Liquefactĩ illico flammis auri rigor lignũ nudauit: qd̃ velut intecto latere patuit incẽdio. Exustis itaq; valuis: in interiora se templi penetralia inseruit ignis. Iamq; portę eĩ vestibula lucebant. Turbati oẽs q se tẽpli munimine defensabãt: trepidare illico: & q̃dã iam inclinatio mentiũ erat illũ diem esse tẽplo excidialẽ: quia ipso die quõdã Babyloniis ingruẽtib̃ fuerat incensũ: qa erat decimĩ dies Ioma mensis: quẽ iãdudũ inter funestos annumerabãt. In superiora quoq; se auratũ spiramine ignis attollẽs victoribĩ lętitiã: victis tanta labe dolorẽ dignũ infudit: clamor quoq; vniuersorũ exortus: nec multo post nuntĩ hostilis excidiũ Cæsari manifestũ reddidit. Qui se ꝓipiens quãta poterat voce restingui ignes iubebat. Sed neq; per tumultum audiendi facultas erat: neq; parcendi volũtas: cũ Romani milites vindictę studio feruerẽt: notaq; pietas Cæsaris inobediẽtię metũ suis demeret: nulli fraudi suis futurę: cũ etiã hostib̃ ignosceret. Nutu tñ & manu Titĩ reuocabat quos poterat: mãdabat aliqb̃ inhiberent ipetĩ militũ. Sed ira duce adolebãt incendiũ: hostẽ vrgebãt desperatione salutis: iam sui prodigũ: & totũ se expendentẽ periculis. Vulgus maxime ignobile feriebat vbicunq; occurrerat: quia nullis munitũ armis: nec repellendo vulneri: nec retorquẽdo idoneũ erat.

Ca. xliiii.

Fatigatus itaq; clamorib̃ Cæsar: gradũ retulit flãma adhuc cõclauia templi depascebat. Quib̃ deustis in ipsam ædem se ferens intulit. Qua specie plęriq; exanimati: alii se in ipos mersere ignes: quoq; oculi ferre nõ poterãt: vt supstites tẽplo reseruarent. Rursus cucurrit Titĩ cupiens cuiusmodi ædes esset circũspectare. Cuius gratia motĩ præcellentiorem oim tẽplorũ fuisse operib̃ fatebat. Mirabat saxorũ magnitudinem: metalli nitorem: venustatem operis: gratiã pulchritudinis. Nec immerito tantam fuisse loci celebritatẽ pronũtiabat: vt eo ex locis omib̃ cõueniret: quia tantũ non nisi sũmi dei crederet esse domiciliũ. Adiũgebat honos fidem religionis: quo etiam barbarorũ gentes templũ illud venerabant: & inferebãt munera. Prædones religionis: q̃ tamẽ tũc diripiebant sui: & disperdebant latrones irruẽtes in oia q̃ deposita vidua; fuerãt vel pupillorũ tã q̃ de victoribĩ vindicarent: si qd̃ ex pręda romanis minueret. Tẽplũ quoq; ardere cõspicientes: ipsi incẽdebãt cętera: ne qd̃ excidio tẽpli supstes esset ędificiũ: religioni deputãtes: si oia cũ tẽplo perirent. Nec adhuc tñ Iudęi perfidiã deponebãt: quæ causa maioris excidii fuit. Nã cũ aĩ multorũ inflecterent: vt se facto agmine romanis traderent: pseudo ꝓpheta qdã iactare cœpit ĩ excessu mẽtis suę tẽplo diuĩa pſidia nõ defutura: vocare populũ ad se velut quodã oraculo: adhuc se ĩ tẽplo suo manere. Illico repulsus hostiũ cuneos: flãmarũ incẽdia Sic miseri dũ infeliciter falsis circũuẽtionib̃ credũt: dedecores atq; inulti sicut pecora trucidabãt. Qui si voluisset credere euidẽtia ĩminẽtis signa excidii habebãt. Quib̃ velut claris vocib̃ ãmonebãt sinẽ sibi affore. ¶ Nã p ãnũ ferme supra tẽplũ ipsũ cometes: passim ignis gladii quãdã pferẽs similitudinẽ denũtiabat quoq; ferro & igni gẽtis & regni vrbisq; ipsĩ vastitatẽ futurã. Quid e ẽ similitudo gladii nisi bellũ? Quid ignis nisi incẽdiũ denũtiaret? Visĩ est autẽ priusq̃ populĩ a romanis sese dissociaret: ipsis autẽ paschę diebĩ Xãdici mẽsis, viii. die & p singulas noctes hora circiter nona tẽplũ & ara eĩ ita lumine refulgebat: quasi dies esset p dimidũ ferme horę quotidie manẽs: qd̃ vulgo interptabãt cumulãdæ gẽtis indiciũ videri: eoq; ipulsi fuit tanq̃ tẽpũ afforet libertatis recipiẽdę. Prudẽtiores cõtra opiniabãt: q; id genĩ stellæ bellũ soleat denũtiare: nec qsq̃ arbitret aliena nos a cultu nostro & disciplia locutos. Primũ qa nõ qd̃ nobis videat astruim̃: sed qd̃ acciderit: quæ ve opiniões tunc tpis

Porta aurea.

Funestus mensis

Ca. xliiii.

Templi ornamenta.

Ca. xlv.

Prodigia

fuerint: quid prudentes senserint: quid imprudentes. Neq; cum de secta Iudæorꝫ aliqd dictum est: ita scriptum videatur a nobis quasi in veritate cultus eorꝫ: nõ quasi in vmbra & figura præmissos contexeremus: vt sequerentur perfectiora. Nam de signis stellarum etiam in euangelio docemur: quia erunt signa in sole & luna: & stellis. Vitulæ quoq; partu asseruerunt quum immolanda adstaret altaribus in medio templi agnum editum: in ipsis sacrorum quæ supra memorauimus celebritatibus. Orientalem quoq; portam interiorem solido ære grauem quæ soleret ad vesperam viginti virorũ multo claudi labore obseratam vectib9 ferreis: per aliquot noctes sponte reseratam: & vix postea a custodib9 clausã. Id quoq; arbitrabant: plæriq; futurorꝫ signum bonorum quib9 ingressuris porta aperiretur Consultiores autem aiebãt custodiam templi resolutam videri: vt quęcunq; intus forent: ab hostib9 diriperentur: exiret cultus: introiret vastitas: euacuaretur celebritas: sacrificium destrueretur. Quod etiam anteq̃ crucifixissent CHRISTVM IESVM liquido significatum lectio docet. Post multos quoq; dies figura quędam apparuit inęstimabilis magnitudinis quam plurimi circunspexere: sicut libri Iudæorum manifestarunt: & ante solis occasũ subito visi in nubib9 currus & acies armatæ: quibus totius Iudæę regionisq; eius vrbes incursarent. In ipsa autem pentecostes solennitate ingredientes sacerdotes in templi interiora nocturno tempore: vt sacrificia assueta celebrarent: primo motũ quendam sensisse se prodiderunt: & sonũ editũ: postea etiã audisse repentina voce clamatũ: Trãseamꝰ hinc.

Prodigia.

Clamor Iesu Ananię

IEsus quoq; Ananiæ filius ruricola vir: ante annos quattuor q̃ bellũ Iudæorꝫ populus adoriretur in summa pace vrbis & abundantia cũ sceno phegia sacrificiis solennibus celebrarentur: templũ ascendens cœpit clamare. Vox ab oriente: vox ab occidente: vox a quattuor ventis: vox super Hierosolymam: & super templũ: vox super sponsos & sponsas: vox super omnem populum. hoc noctibus & diebꝰ vociferabatur. Quo moti primores loci corripuerunt eum: terribile vocis eius indiciũ perhorrescentes: & plurimis eum suppliciis affecere: quo saltem afflictus dolore desineret terribilia & plena prodigiis denuntiare. At ille nec metu vllo: nec verberibus aut grauioribꝰ interminationibus territus vsũ: aut vocem mutauit eadem denuntiationis & perseuerantia cõtextione sermonum: nulla obsecrationis interpolatione in hisdẽ manebat iniuriæ negligẽs affectu ĩmobilis. Quod nequaq̃ perfunctoriũ rati: sed in excessu mentis vt erat exprimi detulerũt ad loci iudicem: qui tũc temporis a Romanis per id locorꝫ publica agitabat negocia. Is rimandę veritatis gratia sęuissimis eũ pœnis exulcerauit: quo magis perseueraret eo væhementiꝰ corripi flagellis hoĩem iubens: vt si qua secretiora futuri tumultus cõperisset indicia manifestaret. At ille neq; fleuit neq; rogauit: sed ad singula verbera non suũ sed patriæ excidiũ flebiliter plorabat dicens. Ve Hierosolymis. Neq; interrogatꝰ quis esset vel vnde: vel cur eadem diceret: responsum reddidit: sed tantũmodo lamentationem illam patrię q̃stu miserabili psequebat: defessus itaq; Albinus hoc vno em̃ nomine dimisit eũ tãq̃ demẽti furore qd diceret non sentientẽ. At ille neq; sermonẽ vllũ cũ quoq̃ habebat: nec aliud loq̃ per reliquũ tẽpꝰ auditus est. sed hoc tanq̃ lugubre atq; funereũ canticũ canẽs diebꝰ ac noctibꝰ iugiter resultabat: Ve Hierosolymis. Neq; verberanti conuitiabat: neq; cibũ imperantiẽti gratias agebat. Vna erat ad oẽs eadẽq; plena funebris vllulatꝰ respõsio: & maxime sacrificiorꝫ celebritatibꝰ per septẽ itaq; annos & qnq; mẽses eadẽ verborꝫ series: idẽ vocis sonꝰ mãsit. Itaq; indefessus tãto tẽpore: vbi obsidio cœpit: eadẽ illa vociferari destitit: quasi cessare oporteret denuntiari cum adessent quæ fuerant denũtiata. Sed vbi flamma cœpit pariter vrbem & tẽplũ inuoluere: circuiẽs murũ clamare iterũ cœpit. Ve ciuitati: populo: & templo. Et ad postremum addidit. Ve etiam mihi. Et fundibulo ictus: in eadem voce amisit spiritum. Vrbem quoq; ipsam cum templo vetustis litteris scriptum erat: tunc perituram cum tetragonum templum factum fuisset. Itaq; siue obliti: siue obstupefacti ingruẽtium malorum necessitate: vbi occupata est Antonia tetragonum circuitum templi fecerunt. Inter q̃ illud præcellentissimũ quod in litteris æque vetustis quas sacras vocabant manebat impressum: q; secundum illud tempus futurus esset vir: qui de regione eorum imperium adsumeret in orbem terrarum. Quæ res eos in tanto furore posuit: vt sibi non solum libertatem: sed etiam regnũ pollicerent. Id alii ad Vespasianũ referendũ putarũt: prudentiores ad dominũ IESVM qui eorum in terris secundum carnem genitus ex MARIA regnum suum per vniuersa terrarum spatia diffudit. Tantis itaq; rebus aduenientibꝰ non potuerunt cauere quod diuinitus decernebatur.

Nota varicinia

Ca. xlvi.

VGientibus itaq; auctoribꝰ seditionũ: quum templũ exureretur: Romani posuerunt signa intra circuitũ templi ipsius & contra portam orientalem sacrificauerũt: Imperatorem Titum summis prædicantes vocibus. Interea puer quidam eo loci vbi etiam sacerdotes erant quos & inopia aquæ: & æstus finitimi incendii commacerabat siti: rogauit vnum de custodibus Romanis dexteram sibi dare: potum offerre. Porrexit illico: ætatem pariter miseratus ac necessitatem: bibit puerulus. Et quia sedulo innoxię creditum fuerat ętati: rapuit aquæ vas: & cursu sese propulit: vt etiam sacerdotibus bibendi copiam ministraret. Voluit sequi miles: sed non potuit cõprehendere. Ille periculo suo sacerdotum sitim leuauit. Bona fraus quæ neminem læderet: subueniret necessitati. Deniq; miles ipse miratus est magis affectum pueri q̃ dolum: detestatus q; in illa ætate atq; excidio totius vrbis & communi periculo quid deberetur reuerentiæ sacerdotibus quod potuit ministerium non inexpressum reliquit. Nec multo post sacerdotes confecti fame & siti vitam rogarũt. Quos Titus iussit occidi: degeneris animi esse respondens: vt templo & muneri cuperent superuiuere. Ca. xlvii. Cloanni autem & Simoni: & cæteris principibus seditionum Rogantibus: vt paulisper cessare iacula telorum: & stretpitum iuberet: dicendiq; sibi potestatem daret: ab indulgentia non abhorreret: facto silentio ita responsum edidit. Serum nequissimi tempus ad misericordiam: quũ iam quid reseruetur nihil relictum sit. Offerebam vobis & despexistis: & diffidentiam putastis non indulgentiam. At ego innoxia ædificia vestro scelere perire ingemiscebam: vulgus ignobile eogi ad mortem dolebam: parcere volebam: vos non sinebatis. Suspendebam prœlia: vos iruebatis. Pacem offerebam: vos non recepistis. Alloquebar frequenter: crebro conueniebam. Non pudet dicere. insolentiores vos feci rogando. Quid putabatis q; Romanæ acies vobis cederent: & multitudine circũueniretis victorem? victorem omniũ exercituũ? Quota portio vrbis pugnauit: quia vniuersũ: nec regio vestra sustinere poterat: nec sinebat necessitas. Maior enim cura tuendi nobis orbis: q̃ propugnandi. Quocũq; eamꝰ nihil est nouũ nihil est alienum quibus omnis terra possessio est. Latrocinium hoc quasi neuum in corpore diu dissimulandũ putauimꝰ aliquando commoti auferendum credidimꝰ: ne fulgorem imperii Romani vestra inobediẽtia & q̃dam interpolaret caligo. Sensistis Romanam virtutem non bellando: sed moriendo. Neq; enim in campo vestra vidimus agmina: sed in muro: quũ vobis nec clamora prodessent ad tutamentum salutis. Quis enimꝰ resisteret qbus oceanꝰ non resistit? Aut quæ ciuitas nostræ obsidioni inexpugnabilis foret septa psidio murorũ: cũ Britanniasque q; Romana arma penetrauerint: muro fremẽtis circũuallatas elemẽti? Substratꝰ est nobis ille præruptus aquæ mons. Patres vestros: vt Iudæę fabulæ ferunt: rubri maris vnda muri specie transeuntes circunuallauerint. Romana fortitudo

Pius puerī dolus

murum oceani perfregit. Non inuideo vobis aliena beneficia. Vidit vos mare & fugerit: vt clausi ab hoste fugeritis: quia perrumpere hostem non poteratis: nec sustinere. Nobis fugam oceani damno fuisset: si fugisset. Gessimus ante bellum cum fluctibus: insanum mare ante superauimus q̃ ad hostem peruenieremus. Excepit nos Britania, iam victores elemẽtorum. Quibus illi fidebant nos subegimus: vt ad triumphi cumulum ipse oceanus accederet. Sed forte de virtute corporis præsumebatis. Nunquid vos Germanis fortiores quos
Germani. septos Alpiũ muro fortitudo Romana in seruitutem deduxit? Nec illa similia Tauri montis accliuis collibus: aut Canopeis agminib⁹ Aegyptiorum cum quib⁹ vobis bellandi vsus est. Supra nubes ascendimus: & de nube descendentes populos vicimus: aerium cunctis aperuimus itet: æquoreum vobis non inuidemus: dũmodo illud triumphantiũ fuerit: hoc fugientium. Romanæ itaq; virtuti concederunt montes: amnes exaruerunt: amisso cursu quem natura direxerat: & inflexo quo victores iubebant. Conuersi⁹ sit Iordanis vester vt dicitis: atq; in fontem reuerterit: vt vobis iter panderet: nõ eo Chlœlia Romana virgo eguit:
Chlœlia quæ ruptis vinculis hostem euasit: & fluuio decurrens Romanis se intulit castris. Nec incendia vestra miramur: de quib⁹ Hebræos pueros euasisse: maximos edere cantus soletis.
Mutius. Mutius noster nullo cogente manum admouit ignibus: nec remouit donec victor incendii miraculum hostibus suæ infunderet fortitudinis: quæ flammas non senserit. Deniq; pacem rogarunt: qui triumphũ superabant. An vero cœlestia illa vos extulere pabula: & esca pluuiarũ aduersus virtutem Romanam?. Sed considerare decuit altricem ipsam orbis terrarum: Aphricam esse subiectam Romanæ fortitudini. Nobis seruit quæ oẽs alit: in nostra potestate est fames omniũ & victus vniuersorum. Quod natura omnib⁹ dedit: virtus
Hannibal Romana ius suum fecit. Ipsum Hannibalem perculit q̃ in exilium coegit: quem non capiebat orbis terrarum, angustior ciuib⁹ Aphrica fuit: Non idoneæ ad demorandũ visę Hispaniæ arcta viãti Gallia: indigna Italia amicicię fœdere: & societatis consortio. Iactetis licet q̃ flumina militauerint vobis: cœlestes potestates pugnauerint: nos Hannibalem ineqtantem fluminibus vicimus: atq; intonantem vndis. Ipsius tempestatibus quatiebatur mundus: Et ille muros nostros armis pulsabat. Neq; vero necessarium fuit: vt hostes nostri sicut Assyrii vestri dormiẽtes extinguerent: sed prœliantes. Non em̃ in somnis victoria q̃rit: sed in prœlio. Non virtutis adorea est: vbi fortuita gratia. Hostes nostri non aquarum rutilo decepti renitentium ad solis exortum in manus nostras inconsultius inciderunt: dum fusi sanguinis specie nos extinctos putauerũt: sed scientes & ad bellum parati: campos terrarum corporibus suis texere: ac proprio sanguine repleuerunt. Quæ vos fortitudo in tanta posuit insolentia? Non videbatis eos seruire nobis qui vobis imperitarunt? Aegyptus quę vos affligere solebat: nobis annuum pendit tributum: & viam præbet vsq; ad indicos tractus: extra orbem terrarum egredi: atq; alterum orbem quęrere: maris secreta: solis oceani q̃ vltima: & alterius orbis incolas nostro imperio adiungere. Quid Antiochi regnum qui vos grauibus suppliciis affecit? Ius quoq; ipsum ereptũ religionis: nos ipsi vobis refudim⁹ gloriosius arbitrantes imperare regibus q̃ regnum tollere. Ipsa auferre Antiochia sedes dominorum vestrorum non studiose suos repudiauit: & nos dominos elegit. Vos ipsi nonne ad nos confugistis: vt illos dominos fugeretis? Nonne ipsi vos suscepimus & aduersum illos defendimus? Seruiuimus vobis vt vestris legibus viueretis: dedimus potestatem vestris inseruire cultibus. Sacra vestra scire noluimus: sed honorauimus. Postea rebellandũ putatis. Pompeius templum cepit: sed non diruit: vrbem occupauit: sed integra omnia: reseruauit donaria. Pro quibus o grati socii hanc vicem nobis rependistis: vt tertio rebellaretis. Fuerit Nero despiciendus: sed non in vno Romana virt⁹ expendebat: sed

habebat militem Vespasianum qui iam ad pacem reuocauerat Gallias: tam fortis in prœlio: vt per illum & Nero vinceret, per illum Nero esset hostibus formidabilis: tam fidelis domino pricipi vt solus imperium non quæreret: quod solus merebatur: sed Cesti⁹ læserat. Querelam deferri decuit: non arma irrogari. Missus pater Vespasianus qui improuisus potuit in imparatos se effundere Galilæam circuibat: longinqua exurebat: vt vos deponeretis insolentiam: veniã postularetis. Ostendit virtutẽ: & cũ vniuersos clausos teneret: Aegyptũ petiit: vt indu cias resipiscẽdi daret. Insolentiores vos nostra absentia fecit: quia nos occupatos putastis. Sed nunq̃ ita occupati sumus: vt absentes simus orbi terrarũ. Nam & absentes assum⁹ & longe positis propi⁹ adsistim⁹. Namq; vt anima in corpore omnia membra viuificat sua: sic Romana p uidentia omnib⁹ imperii sui partib⁹ adest: & totũ orbem Romanũ tanq̃ præsens gubernat. Nã si singulis animis illa vis diuina regendi corporis virtutem dedit: quanto magis Romano vigore quo quasi vnũ totius imperii nostri corp⁹ animat: tuendi ei⁹ vitalem quandam substantiam subministrauit? Suspensũ itaq; bellũ vos reparastis. Profectur⁹ itaq; pater ad vrbem Romam a tyrannis recipiendam: me a sua diuisit societate: ne vobis suæ pietatis executor deesset. Veni ad bellũ specie terrentis affectu rogantis. Quoties a mœnibus vestris vocaui exercitum? Quoties postea a penetralib⁹ templi retraxi? Quoties restinxi incendia? Quoties monui? Sed nũq̃ audistis. Nunccine demũ rogastis quasi iam quicq̃ superfit quale iam consumptum est: & tamen a cæde: incendio: direptione exemi militem. Quid desideratis? quid adhuc statis armati? quasi daturi leges non accepturi? Si deditionem petitis: deponite arma iam nõ metuenda victorib⁹ & superba victis: & plena insolentiæ vt armati rogetis quasi de fide nostra dubitandũ vobis sit. Aut adhuc virtutem lacessitis bellũ minantes? Popul⁹ extinct⁹ est: templũ ardet: vrbem tenemus. Quid reliqui speratis nisi vt vita vobis donet? Proide ponite arma quasi victi: viuere vobis donabo: etsi non meremini: quia noluistis quæ vestra sunt vobis conseruare? Tunc illi petere cœperũt vt sibi obstrictis sacramento ne vnq̃ se Romanis traderent egrediẽdi per murũ potestatem daret: quo cum suis familiis in desertũ pergerent: vrbẽ Romanis cedentes. Eo commotior Tit⁹: etiam ne inquit conditiones nobis imperatis? Quin potius defensare patriam? Adestote templo: omni virtute insurgite: seruate sacramentũ mortis: quãdo vitę repudiastis. Et simul iubet insurgere Romanos in necem hostiũ. Plurimi cœpere grauiore victorũ indignatione labefactari: tradiderũt se tamen Zaræ regis filii: & fratres ei⁹ & plurimi cum ipsis de plæbe. Nec Titus q̃ is excitatus ad iracũdiam: propositum suũ soluit contuitu regalis fastigii: sed recepit confugientes: solius tamen pietatis: (qd maximũ est) lucrũ fecit. Nam prædam omnẽ dom⁹ regiæ seditionis auctores diripuere: vt nihil ex ea ad Romanos peueniret. ¶ Siml' autem vt facto impetu in aulam irruere duos de Romanis militibus inuadentes: vnũ pedestris militię virũ trucidauerunt. Eques vero poposcit se ad Simonem duci: allegans se habere quæ memorato insinuaret principi seditionum. Sed perductus ad eum quũ vana quædam attexeret: perimi iussus: dum percussor moratur clausis iam fascio la oculis: sese proripuit ad Romanos. Qui comin⁹ prœliantes suscepere fugientem: perductumq; ad sese Titus quasi indignũ viri morte: qui ab hoste viu⁹ potuerit capi: exutum armis iussit dimitti: reseruans ei quod per hostis ignauiam non amiserat: & auferẽs militiæ sacramẽtum quod captus prodidit: fugitiu⁹ dehonestauit: id illi maiori supplicio fuit. Apud viros enim grauiora militiæ probra q̃ mortis vulnera sunt. Repulsi tamen illico Iudęi: ad superiora vrbis se cõtulere: relicta templi & vrbis defensione. Strages magna in eos qui resederunt exercebat: seminecibus aut cadaueribus repletæ viæ. Iussit Cæsar etiam ad superiora admouerĩ machinas. Quod videntes Idumęi elegerunt viros quos ad Titum mitterent: qui deditionẽ rogarent. Eo cognito Simon preuenit: & electos qdem petendæ deditionis viros intercepit. Sed Idumęi nõ multo post q̃ is destituti adiumento principũ: cũ sustinere diuti⁹ vim negrẽ

Ca. xlviii.

tradiderunt se exercitui Romano. Ita primũ fames & ad postremũ desperatio resistendi deditionẽ patrauit. Nec Romani multa cęde iam fessi abnuebãt vitę indulgentiã: & studio captiua mancipia vendendi prõptiores erãt ad reseruandã salutẽ. Plurimi venales: sed pauci emptores: quia Romani habere in seruitutem Iudęos dedignabãt: nec Iudæi supererant q redimerent suos: cũ se euasisse vnusquisq; vel inopem gratularet. Passim itaq; se tradebãt remoto metu: qm̃ latrones aberant: Romani ignoscebant.

Ca.xlix.

Eenicq; & Iesus vnꝰ ex sacerdotibꝰ Thebuti filiꝰ se dedidit: & vasa sacerdotaliũ ministeriorũ: lucernas duas: mensas: cratheras: phialas: & oia vasa aurea: sed & peripetasmata: & indumẽta principũ sacerdotii: cũ lapidibus accepta fide salutis volens tradidit. Cõpræhẽsus etiã Finees custos gazophilatii demõstrauit sacerdotũ purpurã multã & coccũ: & alia cõplura: q̃ ad vsum reseruabãt. Cũ quibꝰ cinnamomũ & casiã & aromata plurima: & thimiamata: vasa quoq; sacramẽtorũ multa: etiã ipse tradidit & vestem sacratã: sed coactꝰ metu: vnde & veniabile apud suos flagitiũ fuit. Tñ etsi voluntas defuit: de esse virtꝰ non debuit: licet plerũq; seueriꝰ iudicemꝰ q̃ precauere possimꝰ si ipsi in tali versemur necessitate. Refugere tñ debemꝰ furti ministeriũ: & indiciũ proditionis. Clamq; insurrexerãt aggeres: sed & ferire cœperant arietes murũ superiorẽ septima die mensis quẽ gorpieñ nuncupant ventũ ad supremũ. Conturbati & pertetriti ipsi factionũ principes qui in extremis insultabant periculis: genibꝰ singulorũ aduoluebãt opẽ orantes. Cernere etat q̃ miserabilis illa mutatio foret ex illo terribili ac superbo fastigio: in hanc humilẽ & plæbeiã deiectionẽ: i lachrymas: flet: pauorẽ: Necdũ cesserat murꝰ vrbis superioris: iam illi pcursabant singulos nihil superesse præsidii: ingemiscentes hostẽ ingressum arbitrabãt. Plęriq; tanq̃ iam de superioribus pugnãtes romanos videre sibi videbãt. qd metuebant animo oculis pfigurabãt: & mẽtis pauor fiebat imago visus. Deniq; pro certo iam hostẽ ceruicibꝰ suis incũbere credentes: quibus adhuc tres turres Mariamne & faselus: & equestris supererant: cęteris validiores deseruerunt superiora cõfugientes ad hypogęa: vel retrusos specus. Ioannes trñ non multo post fame tabidus & confectꝰ ieiunio: tradidit se Cęsari. Qui reseruatꝰ ad triũphũ: sed perpetuis vinculis inodatꝰ vsq; ad mortẽ trahens magis spiritũ vitæ q̃ vllã voluptatẽ viuendi expertus: securim euasit. Simon autem latuit etiã intra exustę vrbis ruinas in hypogæis se cũ paucis recondens fidelioribus.

Ca.L.

Ioannes capitur.

Iam Cæsar discesserat cremata vrbe: æstimãs etiã Simonẽ aut igni exustũ: aut ruina oppressũ: aut a quocunq; hoie interemptũ. Verũ ille q̃diu cibus suppeditauit in defossis specubꝰ defodiebat introrsum. Sed vbi & cibꝰ defecit: & nullꝰ euadendi exitꝰ patuit: subito ad superiora erepsit: indutꝰ veste candida & purpureo desup vestimento: vt terrorẽ quendam incuteret aspiciẽtibꝰ Qui primo stupẽtibꝰ militibꝰ romanis mandat vt ad ducẽ suũ deducerẽt. Erat in eo loco Rufus Terentiꝰ: quẽ Titꝰ loco pfectũ militię dereliquerat. Quo adueniente interrogatꝰ quis esset: primo alia post Simonẽ confessus est. Inde transmissus ad Cæsarẽ: & ipse ad triumphũ reseruatus. Sed quia crudelia exercuerat in ciues: nec se Cæsari tradiderat: post triũphi pompã necĩ adiudicatus. Octaua die gorpiei mensis cõcremata est ciuitas: cæsa per oñe tempꝰ obsidionis innumera milia: decies centena milia. cx. myriadas plæriq; asserunt Iudæorũ trñ oim: sed non eiusdẽ regionis oim & loci: quia eo vndiq; cõuenerunt tẽpore paschalis festiuitatis: captiui abducti ad nonagintaseptem milia: latrones prope oẽs peremptꝰ statim: q̃ validiores erant per triũphũ ducti: postea bestiis obiecti: cęterisq; suppliciis dati per singulas ferme vrbes qua iter agebat Titus: vt per vniuersos rebellionum supplicio metum spargeret.

Simon capitur

Cæsorũ numerus.

Eridẽ tempus Alani gẽs fera & diu ignota nostris q; interiorũ locorũ difficultate & claustro portę ferreę quam magnus Alexander prupti montis imposuit iugo cũ cęteris feris & ĩdomitis introrsum gentibus cohibebãt: Incolebãt scythicũ Tanaim finitimaq; eius & Meotidos paludes velut quodã clausi carcere memorati ingẽio regis vt suas terras exercerent: alienas non ĩcursarent. Sed siue ob sterilitatẽ locorũ qd̃ auari votis agricolę spata culturę nõ respõderet fœcũditas siue pdãdi cupiditate regẽ hircãorũ q̃ locis prę erat sollicitarũt precio ne an dissensione incertũ: vt reserata porta eruptionis sibi copiam daret: quo impetrato infudere se gẽti Medorũ & impetrat' breui velocibꝰ eqs: & alis pariter ad dexteram nexis ĩquos p vices cũ foret libitũ desilirẽt: totã prope regionẽ pcursauere: vt primo pturbarẽt omnia maiorisq; multitudinis speciẽ darẽt aduersus quã nullus fugæ locus vacaret: Deinde circũuentis omnibus quãtã vellent strage edita prædã abducerẽt. Erat. n. regio populis frequens & pecoris abũdas q̃ nullo resistente facile patuit direptiõi. Sigdẽ ipse Pachorus Medorũ rex in abstrusa loca se cõtulit saluti potius q̃ regno cõsulẽs: ita vt vxor eiꝰ ac liberi ac cõcubinę captę ab Alanis. c. talẽtis postea redimerẽt: Nec Tyridates armẽiæ rex immunis fuit periculi sed aliẽo malo cautior pestẽ præuidit: & viriliter voluit occurrere: vt a finibꝰ suis hostẽ auerteret: dũ plĩatur tamẽ iaculo incertus in potestatẽ hostiũ viuus cõcesserat ni præacuto gladio nodũ informẽ velociter intercidisset. Nã insolentia quadã pprię fortitudinis & in cæteros despectu supbo simul vt familiarẽ sibi eminꝰ decernẽdi cõsuetudinẽ refugiẽdiq; facultatẽ fraudetali ptexerẽt: laqueos iacere atq; hostẽ inectere: ars Alanis belldiq; mos ẽ. Fugit itaq; Tyridates: cui eua sisse sat': fuit regnũ aũt suũ depopulãdũ reliqt. Nã quasi accepta iniuria q; cõgredi ausꝰ foret vehemẽtius armeniã q̃ Medię regnũ deuastauerũt. Opimis itaq; vtriusq; regni spoliis ad propria recursum fecere. ¶ Quorũ cõperta incursione: Titus Antiochiam cõtendit. Sensim tamen vt triumphatorẽ decebat causamq; dissimulans p singulas vrbes põpã celebrat victoriæ. Perimebãt in arena iudæi quacunq; pgebat: ac dilacerati a bestiis pendebant merita rebellionis. Antiochię quoq; eos vetustis odiis gẽtilis populus insectabat: eo q; reges psarũ q̃ de Hierosolymitana vrbe dõaria: iure victorię vidicauerãt: synagogis cõtulerãt. Antiochẽisde: suoquoq; alia largiti. Itaq; cõgestę opes inuidiã facile mouere. Nam vt illa nũc omittamus quæ aduersũ machabeos gesserint sacerdotii competitores & quãtæ cladi ciuiũ fuerit ambitio sicut supra memorauimus: Antiochus postea nõ ignobili genere ortus: sed moribus pditus afficto crimine q; Iudæi vrbẽ Antiochiã incendio exurere cõspirauissent patrẽ propriũ q; esset de iudæorũ primoribus & plæroq; alios insimulatos gentilis impetu multitudinis ad mortẽ coegit. Nec eo particidio multorũq; cęde exaturatꝰ qeuit: sed postea quoq; nactꝰ facuultatẽ q; fortuitu incẽdio acciderat eiusdem vrbis porticus: & tetragonũ plateã maximamq; partẽ ędificiorum cremarit fraude pdictæ cõiurationis: iterũ iudæos vrgere cœpit atq; incessere ac prope vniuersorũ strage fecisset: nisi aduenienti Tito reseruata cognitio foret metu: ne cæsar vsurpato plurimorũ supplicio cõmouerẽt. Ea res iudæis saluti fuit. ¶ Massadę quoq; plurimi se iudęorum freti loci munimine cõgregauare: cuius expugnandi negotiũ Titus indignũ arbitratus q; imperatorẽ tenere Syllæ mandauit cui summam in iisdem locis militiæ Romanę cauendiq; ne qd̃ iterũ re bellionis oriret cõmiserat. Ipse Alexãdriã cõtendit: & inde nauigio Romam transmisit. Sylla grauiter insistẽs iniũcto sibi muneri: massadæ murũ ariete dissoluit. Illi interiorẽ ligno cõposuere eo q; ad huiusmodi ictus machinamẽtorũ muralis materies facile non cederet. Sed Romani mutato belldi genere ignẽ iecere: q; & facile ligno ĩhesit & sine vlla adoleuit mora. Magnus itaq; adultus incẽdio flãmæ ferebat fragor q; primũ Boreæ spiramine a mumitionis partibꝰ repellebat: & romanorũ magis vineas exurebat. Deinde exorto Noti spiramine in castellũ sese retorsit: ita vt cõflagraret omnis ille ligneus muralis obiectꝰ materiæ cõsumptę: Rõani qm̃ nox

Cap. LI. Alani.

Cap. LII.

Cap. LIII. Massada.

interuenerat securi victoriæ in castra sese receperãt vt sequẽti die nudatos iam atq; omni exu-
Cap.LIIII. tos psidio debellarẽt: Sed neq; laberẽt in tectis castellũ custodiis circũuallauerũt.

EspatIs itaq; reb9 Eleazarus auctor turbarũ videns nil præsidii supesse hũc exorsꝰ ẽ ser
monẽ quẽ nos quasi epilogũ quẽdã claudẽdo opi deplorabilẽ more rhetorico nõ pter
biles. Non enim ex euentu victoriẽ q̃ frequẽter incerta est: sed ex propositi cõstãtia virtꝰ expecta
tur. Vnde cõiicere liquet qa hostẽ subiicere sortẽ: nõ mutare mẽtẽ virtutis eẽ. Iure igit isupabi
les vos dixerim: si nullus adhuc vos mortis vicerit metus. Sed non ita vos pater instituit Abra
ha sed q in filio vnico docuit: nõ mortẽ eiꝰ sed: immortalitatẽ futurã si p religione immolaret.
Quid Iosiam prędicẽ: quo nemo fuit melior interpres religionis: eõtemptor mortis: assertor li
bertatis! Nãq; is in illo suggestu regali locatus: cui liceret differre mortẽ: tñ qa videbat ppter
peccata grauia captiuitatem plæbis Israel futurã bello se alieno miscuit vitam refugit. Clama
bat Nechao. Non aduersus te missus sum: sed aduersus regẽ israel. Ille tñ nõ prius recessit: q̃ le
talem sagittæ ictũ subiret. Quo fusus vulnere indicio nobis est: vtrũ i bello meritũ an casus prę
ponderet. Victꝰ est Iosias piorũ instaurator sacrorũ: vicit Nechao omniũ sceleratissimꝰ: sed il-
le victus nũc cũ angelis est: hic victor in suppliciis. Quis em̃ nescit non in hac vita repositam
esse mercedẽ hominibꝰ: sed post huiꝰ absolutionẽ certãinis! Hic em̃ currimꝰ: vt illic ad palmã
pueniamus: hic certamẽ: illic pmiũ est. Non ergo illa hic lõgęuę ætatis gratia est. Deniq; Abel
cito occidit. Cain superuiuit: ita mors innocẽtiæ fuit: & vitæ ęrumna. Ex illo in eãdem sortem
successimus: vt viuere misetrimũ fieret: mori beatũ. Quid est em̃ vita nisi carcer animę q; intra
hoc ergastulũ claudit & carnali adhęret cõsortio! Cuius imfirmitatibus quatit: labore affligi-
tur: ira cõterit: accẽdit cupiditatibꝰ: vexat furore nec se facile attollere potest humi nexa cõcre
ta puluere: stricta vinculo: neruis irretita. Nõ mediocris tñ potestas vt corpꝰ viuificet atq; ifun
dat: insensibulis materiæ sensꝰ vigorẽ & i hoc iuisibiliter singulis anima sua conferat: totũq;
hominem regat atq; vltra mortalem prouehat fragilitatẽ vt cogni tionẽ capiat cœlestiũ secre
torũ mẽtẽ: intendat futuris: itaq; ad imaginem similitudinẽq; sui principis nõ videt: cũ sit in
corpore: sed nec corporalibus oculis cernit nec ingressus eius: aut exitus eius vllo aspectu de-
præhendit: instar quoddã diuini muneris repræsentans. Cũ ingredit vitam imfundit: cum ex
cedit corpore mortẽ operat. Vbi anima: ibi vita: vbi ea defuerit: ibi mors est. Quicqd inuiserit:
exuscitat: qcqd reliquerit statim soluit & cõtinuo marcessit. Infusione animæ mortuꝰ resurgit
discessiõe: viuus exanimat. Quis ergo dubitet q; ei inesset videat immortalitatis operatio cui
virtꝰ sit mortem auertere! Ea tamen sibi oneri est q̃uis aliis ad vsum redundet. Et qd corpori
donat sibi detrahit. Grauat em̃ & quasi in terrã inclinat cũ isto mortali corpore. Itaq; vita cor-
poris mors est animæ: & rursus corporis mors animę libertas videt: dũ.n. sumus in isto corpore
seruit anima nostra ac miserã quidem seruitutẽ: q̃ de paradiso exulat & a suo principe pegrina
tur. Vbi autẽ fuerit istius carnis absoluta vinculis in illũ purũ & splendidũ superiorẽq; reuolat
locũ atq; adest domino deo suo sanctorũq; habitaculis fruit: & beatorũ gaudet cõsortiis q; nul
lam iam habeat cũ mortuo societatem: & cõtuberniũ cadaueribus deseliquerit: aspiret ei cœ-
lestis gratia nec vlla eã curarũ humanarũ solicitet exagitatio. Indicio nobis est quies: quãtã ani
ma p obitũ corporis resumat gratiã. Sopito.n. corpore & quasi mortuis eius cupiditatibꝰ atq;
vniuersis motibꝰ cũ sanctis sæpius cõuersamur: recipimus quos amisimꝰ: vt nobis & absẽtes
adsint: & mortui viuãt & omnis qescat dolor. Appropinquemus & cõfabulemur deo: cognos
camus futura. Affectis requies: seruis libertas sit. Quod igit dormientes somniamꝰ hoc defui
cti adipiscimur. Et q; in somno imago in morte veritatis passio est: & libertatis gratia. Vñ non
nullis gentibus mos est vt ortus hominũ fletibus occasꝰ gaudiis psequant: q; illos ad erũnam
generatos doleant: Hos ad beatitudinem redisse gratulẽtur. Illorũ animas ad seruitutem ve-

nisse ingemiscãt. Istorũ ad libertatẽ remissas gaudeant: Indorũ quoq; sapientes ferunt cũ mo-
riendi affectum induerint protestari q; discedere velint: neq; vllũ obstreperẽ. Deinde vbi appa
ratus mortis processit insilire lætos ardentẽ Pyram & adstantibus vale dicere: dolere mulieres
quasi subsidio destitutas: vel liberos puulos q; derelinquantur benedicere alios nec inuidere q;
ad meliores splẽdidiora loca: puriora festinẽt cõsortia. Quid igitur de vobis aliud opinari pos-
sũ cũ etiã barbaris gẽtibus libertatem sequendi mos sit! Iamdudũ itaq; vos optime mihi cog-
nitos & institutis patriis respõdere paratos: q; neq; Rõanis: neq; cuiq̃ genti nisi soli deo seruiẽ
dũ putetis: q; solus iustus & verus omniũ dominus sit: dies aduenit: q; probare operibus volun
tatẽ exigat: nec dehonestare veteris indolis claritudinẽ vt i libertate geniti dominatiõi vos ho
mimũ subiiciatis: pserti cũ licuerit vobis ante seruire sine piculo: nunc aũt necesse sit dura sup-
plicia suscipere cũ seruitute: si Romanorũ impio seruituros nos offeramus: quos primi omniũ
bello lacessiuimus & vltimi adhuc armis tenemus impatori non dedimus manus pacem offe
renti: Syllæ dabimus acerbitatem minanti! O miseri ad quã spem istius vitæ nos reseruaui-
mus! Esto hostis ignoscat! qd pderit cũ offensa dei clara sit! ignes ab hoste in nos versi: mutata
vẽtorũ flãma: flãmę retorte: vt nostra subsidia deurerent. Quis poterit aduersante deo viuere
nullus veniæ locus: sed manifestũ imperiũ mortis voluntarie. Quid em̃ nox interuenit nisi vt
nos hostis nõ præueniret: aut d eusto murali subsidio cõtinuo irrũperet: sed vt nobis exercẽdę
mutue necis tẽpꝰ reseruaret. Liceretq; cũ liberis nostris & necessitudinibꝰ mori: ne viderem
anhelos senes annisq; a romanis ptrahi: charissimas cõiuges ad victoris libidinẽ rapi! Cõmori
amur patriæ nesimꝰ supstites tãti dedecoris opprobrio. Quo igit fugiemꝰ a facie dei: aut quo
ibimꝰ isenso nobis cœli domino! Si cadant super nos montes: & cõcauis specubus abscondant
quomõ tñ poterimꝰ declinare indignationẽ tãtę potestatis! Quo.n. pgrediemur vbi nõ sit de
us cũ vbiq; ipse sit! An mediocria exempla sunt quibus doceamur q; iãdudũ genti nostræ pro
peccatis nostris: ifestus sit qui ãte psidebat! Quis hoc dubitet cũ videat q; i nos cõuersæ manꝰ
nostrę sint: pluresq; seditio domestica q̃ bellũ extinxerit. Non donabo Romanis q; vicerint: nec
ipsi sibi hoc vendicãt: q; sciũt q; omnes fere nostris potius armis q̃ alienis pierimꝰ: quæq; Roma
na arma viderũt cæsaream inhabitãtes iudæi: quo rũ feriato die sabbati inter solẽnes nostrorũ
sacrorũ cultus multitudo gentiliũ cæsariensiũ repẽtino quodam impetu & misso desup furore
succensa. xx. millia deleuit: omnes fugauit: vt totam vrbẽ exinaniret. Nõne Syriam totam qui
dẽ impleuit dementia: vt iudæi atq; gentiles in hisdem vrbibus siti & incolatus gratia sibi pri
us nexi: postea inter se armis colliderent quo Romanis vadum futuræ victoriẽ constitueretur
Nam quid de Scthopoli loquar quo iudæi primo cõtenderãt: vt gẽtilẽ populũ præuenirẽt: ne
qd aduersus nostros exemplo cæterarũ vrbiũ machinaret! Itaq; quos pars fuit cõiũctis aduer-
sum alienigenas viribus bello decernere. Hæc ecõtrario aduersũ se iudęi decertauerũt: vt pars
eorũ aduersus cognatos & proximos suos prœliaret. Deinde ipsi pro precio laboris: & impen-
si sanguinis a gẽtilibus pimerẽtur: qd prohibuerũt fieri ipsi gentibꝰ damascẽi nulla existẽte cau
sa octo millia iudæorũ strauerũt Ascalonitę duo millia qngẽtos. In vrbe quoq; cui Ptolomais
nomẽ cæsa duo millia. Alexãdriæ vero vetus erat odiũ inter iudæos & gentiũ poplos ex quo
magnus Alexander vsus ẽ studio iudęorũ ad ægyptios subiiciẽdos: vnde cõdita vrbe ex equo
iudæiis & ægyptiis attributa priuilegia & habitatiões diuerse: ne eorũ cultus pmiscerẽt q; puri
fications suas sine vlla volebãt cõtagione seruare. Hinc frequẽtes inter eos cõflictꝰ fuere: exor
ta iurgia: iudiciũ petitũ. Nihil tñ ex tãti regis temeratũ liquet fuisse beneficiis: sed postea a gẽ-
tilibꝰ exorto tumultu: cũ iudęorũ necati aliqui alii ad pœnã detinerẽt iniuria motu iudæorũ
populũ aduersum auctores iniuriæ insurexisse & cũ prinacꝰ se de ciuibꝰ vltũ iri vellent indu
ctũ exercitũ Romanũ q; sexaginta iudęorũ millia intra vrbẽ fuderit. Verũ qd i leuioribꝰ moror
cũ excidiũ totiꝰ vrbis in vniꝰ ciuitatis ruina deplorandũ nobis sit! Vbi est maxia ciuitas Hie

rusalem: vbi decora Sion: vbi templũ mirabile: vbi secũdũ illud tabernaculũ: sanctitatis sacrarium: quo: semel in anno solus princeps sacerdotum solebat intrare non sine sanguine quẽ ꝑ se offerret & populi delicto. Prophanatũ gẽtib⁹ habitãt in reliqs vrbis q̃ eã destruxerũt: Vbi ingẽs ciuitas referta ppl'is: venerabilis regibus: acceptabilis deo: gratiæ sedes! Pauimẽta tua de marmore: parietes tui fulgẽtes marmore: Culmĩa tua ꝓcioso splẽdebãt marmore. Portæ tuæ micãtes auro: alię argẽto renitẽtes. Oẽs ĩterfecti & q̃ te iugiter ĩhabitabãt: & q̃ ad te ex totĩ⁹ orbis terraꝝ ꝓtĩb⁹ cõueniebãt vt nõ dubiũ sit totũ ĩ te mũdũ piisse. Nudata oĩa: a culminib⁹ crẽata a fũdamẽt] diruta: facta ẽ habitatio tua deserta: nec ẽ q̃ i tabernaculis ĩhabitet & adhuc quẽq̃ viuere libet & nõ vixisse pœnitet! Duri oculi q̃ hęc videre possũt: ĩmites aĩ q̃ vel possũt ꝯ tãtis supsint dolorib⁹: nõ ꝯ defecerĩt clades: sed ꝯ iam nulla reges. Quo .n. circũferam⁹ oculos aut q̃d decernere delectet: vrbs tota sepulchrũ mortuoꝝ ẽ: solę spectãtib⁹ occurrũt fauillæ: viæ vacuę viuẽtiũ repletę cadauerib⁹. Miseri seniores cineruletã canicie & scisso amictu supra reliqas mortuorũ sedẽt: nuda tegẽtes ossa quo defẽdãt a volatilibus ac bestiis. Mulieres paucę ĩcolũes quas miles ĩpius ad turpitudinẽ nõ ad vitã seruauerit. Quis hæc videns & de cõpendinatione viuẽdi cogitãs audeat ad cœlũ leuare oculos! Quis sic immemor patriæ: hostis suorũ: pietatis alienus: expers dulcedinis cuius: tam semiuiri sit mollis spiritus: Quis ita meticulosus quẽ nõ pudeat his reseruatũ! Vtinã q̃dem olim defũcti essem⁹ aut si vita supesset oculorũ lumẽ piisset priusq̃ sanctam vrbem dirutã hostiũ manibus intueremur: templũq̃ hoc a maioribus nostris sacratũ deo tam impie flãmis cremari: aut sacerdotes in templo conspiceremus iacere interfectos. Emẽdemus ergo: ꝯ his supuiximus malis: vt videamur non vitæ studio distulisse mortẽ sed virtutis ĩtẽrione. Circũuallauit hostis omne munimentũ: nil supest nisi: aut nos: aut cõiuges nostræ, lã sibi filios nostros in auctione cõstituũt: certãtq̃ inter se: q̃s cuius abducat vxorẽ vtrum pro dignitatũ meritis ꝓnarũue ordinibus distribuendæ sint: an sortitus subire cogendi miserabiles: nobis quoq̃ parant ꝓdigia: pœnarũ tormẽta exqsitissima: nõ solũ ardentes flammæ aut diuersę neces victricis ictu securis. Duro quidem post vincula: post carcerem: post iugũ supplicio: sed tolerabiliore vitis si ludibrio vacet: sed etiã auulsi art⁹ viuẽtibus & ꝑcipue trũcatæ manus. Nec immerito: qa defuerũt suo muneri cũ posserĩt sibi subuenire. Subeundi quoq̃ mort⁹ ferarũ ad victorũ spectaculũ q̃d diuersis iã celebrat arenis vrbiũ vl' exẽplo nobis debet eẽ pudẽdũ vl' visu miserabile: vt reseruemur: aut bestiis aut fratrib⁹ ꝓliaturi. Quid ergo moramur? iã nõ ẽ liberũ nobis q̃d metuim⁹ euadere. Si liberos ĩterficere volum⁹ ꝑ misericordiã: aut nosmetipos ꝑ virtutẽ necesse erit vt ꝓgermanos: aut ꝓpiquos nostros ĩtẽficiamur. Exigũt si nolum⁹ exeq̃ ministeriũ pietatis cogimur subuenire pompæ particidalis ludibriũ ꝑ flagitiũ: hoc suadet affectus: illud victores. Adoriãur ergo q̃d prosit liberis cõiugibusq̃ neq̃ nostris: si infirmiores sumus auferamur eos cruciatibu futuris. Si fortiores sumus vincamus cõpassiones parẽtũ: affectus necessitudinẽ & in hoc vincamus hostẽ cui ꝑdã tollimus. Hoc virtus exigit: hoc suadet pudor. Nõ timere mortẽ virtus ẽ Etem̃ ad mortẽ omnes nascimur: & ad mortem generamus liberos: quorũ mors naturæ assignatur: captiuitas probro dat. Ergo quos nõ potuimus periculo eripere eripiamus ludibrio. Miseremini igit patres liberorũ: mariti cõiugũ: omnes pertuulorũ. Misereamur: q̃d ẽ ꝓcipuũ: nostri dũ est misetãdi potestas: vt de nostro misereamur ne ad dedecus videamur & nati & reseruati. Quis em̃ possit ꝓpeti patres ante ora filiorũ: filios ĩ cõspectu parẽtũ ĩterfici! Trahi canitie fessos senes: vel ad necẽ: vel q̃d pei⁹ ẽ ad seruitutem: mulieres sparsis crinibus duci sub cõspectu cõiugũ: & violẽter ad obprobriũ trahi. Audire uocẽ puuli vagiẽtis vocantis patrem: vt auxilio sit petenti cũ iam frustra audias reuinctas manus & captiuæ ceruicis iugo subditos. Ergo dũ adhuc libere manus sunt: dum ferrũ stringimus aggrediamur opos q̃d victor hostis miret. Mulieres nostræ supremũ coniugalis munus dilectionis quasi dotale recipiant patrimoniũ. Has illi claues refundimus nouo sanguinis testamento: vt sint

nostræ hæredes libertatis. Hoc ipse hortãt: certe merent quæ volũt: cogendęque refugiũt: nec paruuli ferrũ pauebũt: q̃d per ætatem nesciũt: q̃d suscipere a parentibus piis debẽt: vt vere fiãt liberi. Nobis quoq̃ q̃d erit præstanti⁹? Si exuramus prius castellũ: frumẽta rẽ reseruem⁹: ne putent nos fame potius coactos q̃ studio virtutis inuitatos mutuæ necis arripuisse ministerium. Donem⁹ illas escas refertas sanguine & si eas flãmas exusserit nidor ipse frugũ incẽsarũ ĩdicio erit piisse obsidentibus quod obsessis abundauerit. Post hæc vnusq̃sq̃ offerat se vulneri & moriturus patriã tegat supremoq̃ amplexu obeat. Fiat nobis patria libertatis sepulchrũ quæ fuit dignitatis domiciliũ: hic tumulus funera nostra decet: vt septo virtutis tegamur. ¶ Tali accensi oratione cæteri gladios strictos tenebãt: oscula dabãt cõiugibus: amplexu suscipiebãt liberos illachrymãtes & siml' festinãtes: vt hostis ꝓueniret. Hęc vobis ĩqt amoris pignora dam⁹ supremæ ꝓmia necessitatis: vt compresso viriliter affectu passionẽ excluserũt: cędem implebãt impauidę mulieres se offerebãt vulneri pro cõseruatione pudicitiæ mẽtemq̃ suorũ ipse indue rant virorũ. Cæsis itaq̃ necessitudinibus pignoribus quoq̃ delegere strenuosq̃ suppleme̅ta cędis exequerẽtur. Ita fusi omnes nongenti sexaginta cũ paruulis ac mulieribus vna mulier sola superfuit quæ filios .v. in aquęductu abscondit: dũ cęteri supremis intendũt necessitatibus: ea Romanis diluculo aduenientibus ad vocem excita index negocii fuit. Opes autem eorum appositus ab ipsis pri⁹ ignis cõsumpsit.

Cap. LV.

Finis In ędibus Ascẽsianis ad Calẽdas Iunias. M.D.X.

Io. Ba. Ascensius Beato Rhenano Suo S.

Affuit Iacobo Fabro Cõpatri meo mortalium vni (vt nosti) studiosissimo: Michael tuus Hamelburgi⁹ homo ĩ litterarũ studio vigilantissimus: in recognitiõe Aegesippeæ historiæ: quã ĩ capita distinxit & ad Iosephũ cõciliauit: vt testimonio mox eius erunt tabellę post Anacephaleosim dictæ historiæ subdendæ. Quã rem scio tibi fore ꝓgratã: q̃ppe qui tantopere flagitasti op⁹ ex officina nostra emitti. Nõ est tũ (vt opinari videris) apostolicorũ virorũ gesta cõtinẽs de quo opere sacer loq̃t Hieronymus: & nonnulla interdũ citat testimonia: sed q̃d Hierosolymarũ prosequit euersionẽ: Iudæorũ dispersionẽ & lamẽtabile (nisi sic meritorũ) fatũ: iuxta hieremiæ aptissima super ea re vaticinia. Siquid igitur aliud Aegesippi in Germania noris/aut ad nos istic excusum: aut a nobis excudendum istucq̃ remittendũ mittito. Vale.

Egesippi de Excidio Hierosolymitano.

Anacephaleosis desolationis Hierosolymitanæ secũdũ Aegesippũ christianissimum apostolorũ temporibus vicinũ ad:honorem resurectionis dominicę.

Hæc habita lib.v. cap.i.

ANNO quadragesimo secũdo post passionẽ domini imperii vere Vespasiani primo:bellis aspis iudæa & seditionibus domesticis lacerabat:Ipsa quoq; eorum ciuitas Hierusalem intestino prœlio laborabat. Nulla intermissio:nulla reges:nullæ inducíæ:mo mentis omnibus dimicabat:Multi ruebant:innumeri iugulabant:Sanguis fœdabat vniuersa:ipsaq; replebat tẽpli limina:passim ruebant cadauera:sagittis alii:alii missilibus feriebantur. Nullus locus piculo vacabat:nullũ tẽplus cõsilii reperiebat. Nulla spes cõuersiõis:nulla fugiendi copia erat:mœsta omnia & plẽa horroris:& immanitatis: vbiq; luctus pauor vbiq; :clamor mulierũ:eiulatus senũ:morientiũ gemitus:viuẽtiũ desperatio:vt miserabiles eos diceres q retmãsserant:beatos q obibant. ¶ Quomodo decepta es populis tuis:qbus vi debaris beata: Quomodo expugnata es tuis armis atq; in te cõuersæ sũt manus tuæ quæ solebas sine armis vincere:& sine vllo prœlio hostẽ ferire:cũ pro te angeli dimicarent & militarent tibi fluctus maris:terræ hiatus:cœli fragores! Exurge nũc Moyses:& vide gentem tuam & hęreditatẽ populi tibi crediti perire manibus suis. Aspice populũ illũ dei cui gradiẽti peruium mare patebat:cui esurienti escas cœlũ subministrabat:sine mari clausum:sine Pharaone obsessum: sine terrarũ sterilitate ieiunũ. Exurge Aaron:q aliqñ propter offẽsam dei cũ mors plurimos depascereť populi steristi iter viuẽtes ac mortuos:& mors sterit:atq; obiectu corporis tui hęsit ires.nec transire potuit:ad cõtagionẽ viuẽtiũ. Suscitare & tu Iesu naue:q muros ĩexpugnabiles Hierico tubis canentib9 complanasti:& vide populũ cui exteros subiecisti:nũc eũdem subiectũ opprimi. Suscitare Dauid exasperatẽ spiritũ cytharę suauitate solit9 excludere:& vide quẽ admodũ dominabat furor:atq; omnẽ suauitatẽ psalmorũ tuorum ex perditorũ sensibus abolueritt:& vnusqsq; de principibus populũ vniuersum ad mortem afferat:vt libertatẽ extorqueat pro quo teipsum morti offerebas. Suscitare Helisæe:q hostem introduxisti in Samariam & amicũ fecisti. Per te in castris syriæ quadrigarũ icrepuit fragor: & vox eqtum & virtutis. Fugit hostis:euasit obsidionẽ iudæus. Vbi nũc ista merita:& vbi nunc iste opatiões sanctorũ! Nec mirũ si amiserũt pphetarũ opera:q negauerũt pphetarũ arbitrũ. Ideo in te Iudęa arma cõueritunẽ orationes tuæ nihil tibi prosunt:qa fides tua nihil operat. Ideo aduersum te factus est populus tuus:quia in te conuersa est perfidia tua. Quod remedium quæritur:vbi auctor remedii non conciliatur! Quid putabas futurum:cum tuis manibus vitam tuam extrigueres: cum tuis vocibus aduocatum tuum exterminares:nisi vt in te quoq; iniiceres manus! Habes quod petisti: Eripuisti tibi pręsulem pacis: petisti necari vitæ tuæ arbitrum: concedi tibi Barrabã:q propter seditionem factam in ciuitate & homicidium missus fuerat in carcerem. Ideo sal9 abs te recessit:pax abiit:ges destitit:data est tibi seditio:datum excidiũ:agnosce tibi hodie Barrabam viuere:& Iesũ mortuũ. Ideo in te regnat seditio:pax sepulta est: vt crudelius a tuis pereas & prius q̃ si ab alienis perires. Quid tantum miserabilis ciuitas:Romanus suis armis quantũ populus tuus malorũ inuexit:vt Romani pugnarẽt tui fecerũt:pacem volebant Romani:tu bellũ indixisti. Quid causæ erat vt fortiores lacessetes! Durũ sane q̃ cõtra legem sacram templũ gentilis intrauit:sed iam nõ erat dei templũ. Nõ eras dei ciuitas:nec esse poteras:quę eras mortuorũ sepulchrũ:præsertim tuorũ quos ipsa occideras:nõ quos ab hoste amiseras. Quomodo enim poteras vitæ esse domiciliũ:quæ eras mortis habitaculũ:diuersoriũ scelerũ: latronum spelæũ! Iacuerũt in te Ananus & Ioannes insepulti:sacerdotũ principes & illi dudũ sacerdotalib9 induti stolis q venerationi etiam exteris fuerãt:deformes iacuerunt. Cadauera eorũ esca volatilium & deuoratio canũ facta sunt:membris lacerati:& tota dispersi vrbe:vt deplorare veteris sanctitatis species videret tantam sacri nominis contumeliã:& speciosi quondã muneris deformitatem. Sed ipsa tibi hui9 indignitatis exordiũ fecisti:quæ in medio sinu tuo occidebas pphetas: quæ lapidabas sanctos dñi. Ante templũ Zacharias iacuit exanimis:iacuit inhumat9. Ergo sanguis tuus illũ lauat:Quæ causa autem mortis fuit Anano! nisi q̃ increpuit populũ tuum quia non insurgeret pro templi defensiõe: quia expostulabat libertatem perditam:virtutem desertam:calcatas veterũ sacrorũ reliquias:commaculata altaria! Relinquendũ asserebat populũ vsu simulacrorũ insensibiliũ:& statuarũ more:nihil iam sentientẽ commaculatũ. Muta iã animalia referre solent:vel vicissitudinẽ vindictę sentire iniuriã:incitari aculeo:declinare verbera. Qui ergo nec excitat:nec declinare nouit qd noceat:similis est non sentientib9. Et reuera vbi est illa libertas tua cui9 studio quondã non Aegyptiis:nõ Palestinis:nõ Assyriis postea non Medis cedendũ existimauisti! Vbi est illa Machabęorũ fides:quæ quõdã in paucis fudit Babylonios! Persas fugauit! Demetriũ perculit! Ad postremũ in paruulis ac mulieribus Antiochi arma:gladios:incendiaq; superauit:& pro obseruatione patriæ mori maluit q̃ regiis imperiis obtemperare. Vbi est illa deuotio patrũ! pulcherrima passionũ omniũ qua se non pro liberis:non pro coniugib9 magis q̃ pro templo dei:morti offerebant! Antea & virga sacerdotalis floruit:recisa de siluestri radice:nunc & fides aret:& sepulta est pietas:& abiit omis virtutis æmulatio. Nec mirũ si populus qui a deo recessit:& improbũ contradictionis spiritũ sequitur:in seipsũ diuis9 est. Quomodo eñ pacem suam tenere poterat qui pacem dei repudiauit! Pax dei CHRISTVS est q fecit vtraq; vnũ. Merito ergo ex vno popl'o plures aduersũ se facti sunt:quia noluerunt sequi diuisa sociantẽ IESVM:sed secuti sunt coniuncta diuidentẽ furoris spiritum. Soluebas igit Hierusalem mercedem perfidiæ tuæ:cum ipsa tuis manib9 destruires monumenta tua:cum tuis mucronibus foderes viscera tua:ita vt hostis misereretur:vt ille parceret:& tu sęuires. Videbat enim q̃ deus aduersum te pugnaret: & Romanorum fungeretur partibus:vt ipsa tibi inferres voluntariam proditionem:ideo spectatores malebant esse Romani q̃ percussores:ne furentibus tuis inter se visceribus manũ admouere cõtagiõis magis q̃ fortitudinis estimaret: Ad hæc nefãdæ cędis supplicia accedebat ĩpia ĩmanitas crudelitatis vt sepulturam omnibus:qui vel in templo necati fuerant:vel circa vrbis plateas negarent. nec humare cuiq̃ vacabat dum bellis inter se occuparentur:q̃ feriendiq; magis si humandi cura vniuersos tenebat. Ita quodã furore occiderant pietatis officia:crudescebant impietatis ministeria :nihilq; magis in tãtis calamitatib9 pierat q̃ misericordia:quæ sola solet alleuare miserias solari erũnas. Nãq; & hi q amiserant suos non audebãt humare ppter formidinẽ cũ grauis terror ingueret a diuersæ factionis pricipib9: & hi qui necauerant alienos cauebant ne quis illos prærideret ad sepulturam. Itaq; necesse erat omnes timere:ne qd alteri donare vellent id sibi sumerent:vel quod peius est:quẽ parauerant vsũ sepulchri:eũ ipsi non impetrarent. In templo:igit ipsi pro vnguentis bene olẽtibus:p thimiamateriis bene spirãtib9:pro diuersorũ florũ odoribus grauiserat in sepultorũ cadauerũ fœtor:quæ pluuia dissoluerat:q̃ flãma ãbusserat: q̃ sol calefecerat: Oẽs artus cæsorũ ciuiũ diro odore fetebãt. Hic resolutorũ putredo viscerũ:iñ exustorũ nidor sensus oẽs atq; ora cõplebãt viuẽtiũ:vt ipsi nõ multo post grauiore morbo cõsumerentur:ac se supstites ingemiscerent: q̃ duriore pœna perirent:eoq; seruatos:vt viderẽt cum patria solũ etiam negari:ius naturæ a viuẽtibus:pacem ciuibus :sepulturã defunctis humana pariter atq; diuina maculari ac pollui:pmixta omnia. Criminosam esse misericordiam: religionis loco haberi crudelitatem castrũ in templo:bellũ iã limine:funus in altaribus ea spectare oculis quæ prophetis denũciantibus nõ credidissent futura. Nam de his dixerat Dauid Polluerũt templum sanctum:posuerũt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilibus cœli Effuderunt sanguinẽ eorũ sicut aquã in circuitu Hierusalẽ:& non erat qui sepeliret. Simul eñ tũc & gentes venerunt in hæreditatẽ dei:quæ auferrent omnia:& templũ pollutũ est suoq; funerib9

Lib.v.c.ii.

& insepulta iacuerũt cadauera interfectorum ad escam auium:bestiarũq; voracitatem effusus sanguis: vt signaret deesse qui sepeliret:quia viuentium in mortuos a mortuis in eos qui adhuc viuerent furor trãsierebatur. Volebat aliquis defunctũ humare:ipse extinguebat. Et qui defunctũ occiderat:in sepultorẽ transferebat iracundiã:vt illi sepulturã negaret: hunc extinguebat rursus qui sepultorẽ occiderat:maiorẽ crudelitatẽ circa defunctũ exercebat:vt iam nihil debentẽ odio:non sentientẽ supplicia:spoliaret supremo naturæ debito. Quid illis accidere aliud poterat qui diuina nõ recipiebant oracula:irridebant prophetarũ annuntiationes:fas oẽ calcabant:futuraq; vt fierent ipsi accelerauerũt! Erat em̃ sermo vet⁹ & frequens:tunc periturum Hierusalem:& sancta ei⁹ exurenda:cũ seditio belli legem incesseret:& domesticæ manus templũ dei contaminarẽt. Nec hoc quidẽ intellexerũt. Quoties em̃ excisa dom⁹ dei! quoties se dixo! quoties bellũ! & nũq̃ illa vrbs periit:nisi quũ dñm vere templũ dei domesticis manibus crucifixerũt. Propter quod illud templũ audiant:soluite templũ hoc:& in trib⁹ diebus suscitabo illud. Quid em̃ aliud nisi sacrilegiũ fuit! cũ impias manus extenderent in auctorem salutis:cũ lapidarent eum:cũ verberarent:cũ conriperent:cũ occiderent! Tunc vere sancta eorum absumpsit ignis diuinus. Nam exusta a Babyloniis reparata est. Postea destructa est a Põpeio:reformata iterũ. Sed penit⁹ exusta vbi IESVS venit & spirit⁹ diuinus:soluta vanuerũt. Oportuit vberiore quadã deploratione præire nos funus quoddã paternæ solennitatis:& velut quasdã exequias prosequi:ac soluere iuxta maiorũ instituta. ¶Sed veniam⁹ ad summam euersionis Hierusalem:& ad deiectionẽ Iudæorũ. Merito siquidẽ deiiciendi & viles habẽdi fuerant:qui vniuersis pretiis chariorẽ IESVM triginta denariorũ pretio a discipulo comparauerant:non vt eum haberent tanq̃ dñm:sed vt de terra viuentiũ tollerent velut iniquum. Quare iure de hæreditate sua viliores palcis in omnẽ terrã ventilati sunt a gentib⁹ quas formidauerant:ne sibi locũ & gentẽ tollerent. Et qui triginta denariis IESVM cõparauerant ad perdendũ:iuste postea .xxx. capita suorũ viderunt vendi vno denario ad illudendũ. Quia igit̃ pene oẽs Iudæi in necem domini nostri IESV CHRISTI vnanimiter consenserũt:imminente vindicta pene oẽs a totis regionib⁹ ad azimorũ diem festũ congregati:bello subito circunfusi sunt:vt primo quidẽ illis pestifera lues ex loci angustia nasceret:deide citi⁹ fames. Q̃ autẽ caperet multitudinẽ hoim tãtũ ciuitas:certũ erat ex his qui sub Cestio fuerãt. Enumeratis em̃ tũc viris ciuitatis a Floro Neroni significare cupiẽte cõtẽnenti nationẽ a põtificib⁹ petierat:vt si quo modo possent multitudinẽ numerarẽt. Illi autẽ cũ dies fest⁹ adesset q̃ pascha vocat:qñ a nona qdẽ hora vsq; ad vndecimã hostias cẽdunt:per singula autem quasi contubernia: non pauciorũ q̃ decem hominum fiunt:solũ enim epulari non licet:multi enim vicini conueniũt hostiarũ quidem ducenta & quinquaginta sex milia & quingẽtas numerauerũt. Fiunt aũt vt denos epulatores per singulas imputem⁹ vicies centena:aut septingentena millia: sancti omnes & puri. Nec enim leprosis aut niliginosis aut semine fluentibus quos geneticos vocãt necĩ mulieribus menstruo cruore pollutis:neq; aliis iquinatis participari sacrificia permittebantur Sed necalienigenis quidẽ:nisi qui religionis causa venisset. Magna vero hęc multitudo ab extraneis congregabatur. Tunc tamen veluti in carcerem tota gẽs fato conclusa est:& farta hominibus ciuitas bello obsidebat. Itaq; omnem superat humanam & diuinitus emissam pestem numerus peremptorum:quos partim palam occiderunt:partim ceperunt Romani Rimantes enim cloachas & sepulchra eruentes quos offendissent occidebant. Inuenti sunt autem ibi pl⁹ q̃ duo millia quorum alii manu sua plures autem mutuis se vulneribus interfecerunt:cum fames alios corripuisset. ¶Luebant em̃ scelerum suorũ supplicia:qui postq̃ IESVM crucifixerũt diuinorũ arbitrũ postea etiam discipulos eius persequebantur:plæruq; tamen Iudæorũ:gentiliũ plurimi crediderũt in eum:cum præceptis moralibus o peribusq; vltra humanam possibilitatem profluentibus inuitarent:quibus nec mors quidem eius vel fidei:vel gratię finem im-

Hęc insuperi ore historia:vsq; ad locũ illũ luebãt em̃ nõ hñtur.

Numerus incolarum Hierusalẽ

Li.ii.ca.xii

posuit:immo etiã cumulauit deuotionẽ. Intulerũt itaq; parricidales manus:atq; auctorẽ vitæ interficiendũ ad Pylatũ deduxere:reluctantemq; ceperũt purgere iudicem:in quo tñ nõ excusat̃ Pylatus:sed Iudæorũ amentia coacerbat̃. Quia nec ille adiudicare debuit:quẽ reũ minime deprehenderat:nec isti sacrilegiũ parricidio geminare:vt ab his q ad redimendos & sanãdos eos sese obtulerat damnaret. ¶Quãuis enim idem Pylatus manus lauerit dicens mũdus ego sum a sanguine iusti huius vos videritis:nequaq̃ tñ minus extitit reus:q gloriam dominicæ agnoscens resurrectionis pdicare inuit⁹ studuit:sed credere pfidus contempsit:sicut testat̃ eiusdem epistola Cæsari in hũc modũ directa.

Hęc quoq; addita sũt

Epistola Pauli

Pontius Pylat⁹ Claudio Salutẽ. Nuper accidit:& qd̃ ipse probaui Iudæos per inuidiã se suosq; posteros crudeli cõdemnatione punisse. Deniq; cũ promissum haberẽt patres eorũ:q illis de⁹ eorũ mitteret de cœlo sanctũ suũ q eorũ rex merito diceret:& hũc se promiserit per virginẽ missurum ad terras istũ itaq; me præside in Iudæam deus hebræorum cũ misisset & vidissent eũ cecos illuminasse:leprosos mũdasse: paralyticos curasse:demones ab hominibus fugasse:mortuos etiam suscitasse:imperasse ventis:ambulasse siccis pedibus super vndas maris:& multa alia fecisse:cum omnis populus Iudæorum:eum dei filium esse diceret: inuidiam contra eum passi sunt principes Iudæorum: & tenuerunt eum mihiq; tradiderunt & alia pro aliis mihi de eo mentientes dixerunt:asserentes istum magum esse &contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita eẽ & flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerũt eũ:& sepulto custodes adhibuerũt. Ille autem militibus meis custodientibus: die tertio resurrexit:in tantũ autẽ exarsit negtia Iudæorũ:vt darent pecuniã custodibus & dicerẽt dicite:qa discipuli eius corpus ipsius rapuerũt. Sed cũ accepissent pecuniam:qd̃ factũ fuerat tacere non potuerũt. Nã & illũ surrexisse testati sunt:se vidisse:& se a Iudęis pecuniam accepisse Hęc ideo ingessi:ne qs aliter mẽtiat:& ęstimet credendũ mendaciis Iudęorũ. ¶De quo ipsi perfidi testant̃ dicente Iosepho historiarũ scriptore:q̃ fuerit illo tempore vir sapiens:si tamẽ oportet iqt virũ dici mirabiliũ creatorem operũ:q apparuerit discipulis suis post triduo mortis suę viuens secũdũ prophetarũ scripta:q & hæc & alia innumerabilia,de eo plena miraculis pphetauerũt. Ex quo cœpit cõgregatio christianorũ:& in omne hominũ penetrauit genus. Nec vlla natio Romani orbis Remãsit:quæ cultus eius expers relinquerẽt:si nobis nõ credunt Iudæi vel suis credãt:hoc dixit Iosephus:quẽ ipsi & maximũ putant. Et tñ ita in eo qd̃ verũ loquiut⁹ ẽ ppter historiæ fidẽ:qa fauere nephas putabat:& nõ credidit ppter duriciã cordis:& perfidie intentionẽ. Nõ tamẽ veritati preiudicat:qa non credidit:sed plus addidit testimonio:qa necĩ credulus & inuit⁹ negauit:in quo CHRISTI IESV claruit eterna potẽtia: quod cũ etiam prĩcipes synagogæ quẽ ad mortẽ cõprehẽderãt:deũ fatebant̃. Et vere quasi deus sine exceptione personarũ:aut vlla mortis formidine locutus:exciditũ quoq; templi futurũ annũciauit:sed nõ eos templi iniuria cõmouit. Sed qa ab eo in flagiciis & sacrilegiis corripiebant̃:hinc ira exarsit vt interficerent eũ quẽ nulla habuissent tempora. Nam cũ alii prædicando meruerint facere q̃ fecerũt:hic in potestate habebat:vt omnia quæ fieri vellet impetraret. ¶Octauo igit̃ die septẽbris mensis cõcremata est ciuitas cæsa per omne temp⁹ numero decies cẽtena millia,cx. miria des:vt pleriq; asserunt. Iudæorum tamen omnium:sed non omniũ eiusdem regionis aut loci:qa eo vndiq; cõuenerant tẽpore pascalis solẽnitatis captiui abducti nonagita septem millia ¶Deniq; tanta captiuorũ pre multitudine vilitas fuit:vt .xxx. a Romanis vno numinismatę sub corona vendeterent. Peracta igit̃ obsidione iussit Cæsar Titus fundit⁹ euertere ciuitatem ac tẽplũ:vt adimpleret̃ vetbũ domini IESV prædicentis. Amen dico vobis:nõ relinquet̃ lapis super lapidem qn̄ destruat̃:talis qdem finis Hierosolymorum obsidionis fuit. ¶Eandem vero vrbem Hierosolymam chananeorũ qdam potens condidit:q patrio sermone vocaret̃ rex iustus, quã primo solimam nũcupauit:postea tẽplum addidit. Vnde Hierosolyma dicta ciuitas est:A prĩ

Li.ii.ca.xiii

Lib.v.ca.l. additicia

Lib.v.ca.ix.

no quis hiemsalem fodidit

tipio suos incolas habuit de gen te chananeo rũ. Dauid prim⁹ vit hebræus chananeos expulit cõstituit suos: gin ea sibi domũ regiã fecit. Voluit & tẽplũ deo cõdere: sed prohibitus oraculo Salomonẽ hęredẽ reliquit: qui templũ q̃d ipse vouerat ędificaret. Salomon itaq; templũ fundauit. Relig quoq; reges ad ornatum vrbis addidere plurima: inuidia ex magnificentia orta est. Inter omnia tamen opera: templũ præcellebat amplissimo opere & fulgenti marmore: perip etasma preciosum & maximum cocco & Hiacynto bissoq; intextũ ex purpura non ociosa materia tãtæ diuersitatis: sed cuius species rerum latentium mysteria signaret eoq; eius esset templum qui cœlo & aeri: terrę & mari: quasi creator elemẽtorum dominaret: atq; omnia solus regeret & gubernaret. Cocco. n. ígneum cœlũ figurat. Hiacynto aer: bisso terra: mare purpura quæ cõchiliis maritimis inficitur: vt duo ex colore: duo ex generatione colligas: deniq; princeps sacerdotũ: hęc quattuor indumẽto suo exprimere consueuerat: qñ maxia celebritas erat festorũ dierũ: quasi totũ mũdũ indueret p ppło supplicatur⁹: in ei⁹ figura q vẽturus erat priceps sacerdotũ IESVS: vt tolleret peccatũ mũdi. Fœmora priceps sacerdotũ luceo iteri⁹ opimẽto tegebat: eo q; prę cęteris in sacerdote fides mẽtis quærit: & corporis castimonia quæ succingere debeat carnis intẽperãtiã. Duo erãt tabernacula sacra: vnũ interit⁹: aliud exterius: in hoc semp introibãt sacerdotes in illud interi⁹ q̃d sanctũ appellabat: semel itroibat princeps sacerdotũ nõ sine sanguine: quẽ offerret p se & pro populi ignorantia atq; delicto: hoc significante spiritu sancto vẽturũ IESVM q vere solus intraret in iteriora diuinorũ penetralia sacramẽtorũ & archana substãtię cœlestis q nosset oia sol⁹: patrẽ quoq; sanguíe suo toto mũdo recõciliaret: vt & cœlestiũ & terrestriũ misereret. Deniq; posteaq̃ vẽit pacificauit oia p sãguinẽ crucis suę: q̃ i cœlo vl'i terra sũt. Int⁹ thymiamateriũ: int⁹ mẽsa: int⁹ lucerna. Thymiam ateriũ: q; ita ad deũ patrẽ sicut incensum dirigat maxie sacerdotalis oratio: mẽsa q; in ea passio christi fit: & mysteria sacramẽtorũ: Vnde Dauid dicit Parasti in cõspectũ meo mensam: cuius veluti duodecí panes. xii. apostoli testes sunt: passiõis eius ac resurrectionis. Lucerna quæ sup candelabrũ ponit: ante sub modio erat. i. legis mẽsura: nũc est in gratiæ plenitudine heptamithũ frequẽs lumẽ effundẽs: eo q; spiritus sanctus septẽ maximarũ gratiarũ virtutibus dei templũ illuminet. Trinitatis igit cognitiõi iteriorĩbus erat tẽpli: q̃ dicebanẽ sancta sanctorũ: vbi reposita quõdã virga Aarõ floruit q; gratia sacerdotalis in christo amplius esset opatura post mortẽ qua mũdũ redemit. ¶ Iudæi ergo si voluissent credere euidẽtia iminẽtis excidii signa habebãt: qbus velut claris vocib⁹ am
Li.v.c.xlv. monebãt: finẽ sibi affore. Nã p annũ ferme supra tẽplũ ipsum cometes astit gladii quadã pendẽtis similitudine denũciãs quoq; ferro & igni gentis & regni vrbisq; ipsius vastitatẽ futuram. Quid em̃ similitudo gladii nisi bellũ: qd ignis misi incendiũ denũciaret? Visus autẽ priusq̃ populus a Romanis sese dissociaret ipsis paschę diebus vndecimi mensis octaua die per singulas noctes hora circiter nona templum & ara eius ita lumine refulgebat: quasi dies esset per mediam ferme horam quotidie manens quod vulgus interpretabatur cum laude gentis indicium videri. Eoq; impulsi sunt tanq̃ tps afforet libertatis recipiendę prudentiores contra opinabant: q; hoc hoc gen⁹ stellę bellũ soleat denũciare. Ne qsq̃ arbitrareť nos aliẽa a cultu nostro & disciplina locutos: primũ nõ qd nobis videat ast ruimus: sed qd acciderit: quæ ve opiniones tunc temporis fuerint: qd prudentes senserint qd imprudentes: neq; cum de secta iudæorum quid dictum est ita scriptum videatur a nobis quasi in veritate cultus eorum non quasi in vmbra & figura præmissum contexuerimus vt sequeremur: perfectoria. Nam de signis stellarum etiam cum euangelio docerentur: quia erunt signa in sole & luna & in stellis. Vitulæ quoq; asseruerunt partu: cum immolanda astaret altaribus in medio templi agnam editam in ipsis sacrorum quæ supra memorauimus celebritatibus. Orientalem quoq; portam interiorem solido æregrauem: quę soleret: ad vesperam viginti virorum claudi labore: obseratis vectibus ferreis per aliquot noctes sponte reseratam: & vix postea a custodibus clausam. Id quoq; arbitra

bant plęriq; futuro rũ signũ bonorũ: qbus ingressuris porta apiret. Consultiores autẽ aiebãt custodiã tẽpli resolutã videri: vt quæ cũq; intus foret ab hostib⁹ diripent: exiret cultus iterior: & vastitate euacuaretur: celebritas sacrificiorũ destrueret: q̃d etiã & anteq̃ crucifigerent CHRISTVM IESVM liqdo significatũ lectio docet. Post multos quoq; dies figura q̃dã apparuit iestimabilis magnitudinis quã plurimi circũspexere: sicut liberi iudęoq; mãifestarũt & añ solis occasũ subito visi in nubib⁹ currus & acies armatæ: qb⁹ totius iudęe regionisq; eius vrbes incursarent: ipsa autẽ pentecostes solẽnitate ngrediẽtes sacerdotes in tẽpli interiora nocturno tẽpore vt sacrificia assueta celebrarẽt: & motũ primo quẽdã sensisse se pdiderũt: & sonitũ editũ postea etiã audisse repentina voce clamatũ transim⁹. IESVS quoq; Ananię filię turicola vix añ quatuor annos q̃ bellũ iudęorũ populus adoriret: i summa pace vrbis & abũdantia quũ scenophegia sacrificiis solẽnib⁹ celebrarẽt: tẽplũ ascẽdẽs cœpit clamare. Vox ab oriẽte: vox ab occidẽte vox a quattuor vẽtis: vox super Hierosolymã: sup templũ: vox sup sponsos & sponsas: vox sup omnẽ populũ. Hoc noctibus & diebus vociferabat. Cõmoti primores loci corripuerũt eũ terribile vocis eius iudiciũ perhorrentes: & plurimis eũ suppliciis affecere quo saltem afflict⁹ dolore desineret terribilia & plena prodigii denũciare. At ille nec metu vllo nec verberibus: aut grauioribus iterminatiõibus territ⁹ vsum aut vocẽ mutauit: sed in eadẽ denũciatiõis pseuerãtia: in eodẽ contextu sermonũ: sine vlla obsecrationis interpollatione manebat: iniurię negligens: affectu immobilis. Quod nequaq̃ pfunctoriũ rati: sed in excessu mẽtis vt erat exprimi: detulerũt ad loci iudicẽ: q tũc temporis a Romanis per id loci publica agitabat negocia. Is rimãdę veritatis gratia: sęuissimis eũ pœnis exulcerauit. Cũ magis pseueraret eo vehemẽtius corripi flagellis hominẽ iubet: vt si qua secretiora futuri tumultus indicia cõpisset: manifestaret. At ille neq; fleuit neq; rogauit: sed ad singula verbera: nõ suum sed patriæ excidiũ flebiliter deplorabat dicens: ve Hierosolymis. Neq; interrogatus quis esset: vel vnde: vel cur eadem diceret: respõsum reddidit: sed tãtũmodo lamẽtationem illam patriæ questu miserabili psequebat. Defensor itaq; Albinus: hoc enim nomẽ viro: dimisit eum tanq̃ dementi furore quid diceret non sentientem. At ille neq; sermonem vllum cum quoq̃ habebat: neq; aliud loqui per reliquum tempus auditus est: sed hoc tanq̃ lugubre atq; funereum canticũ canens die⁹ & noctibus iugiter resultabat: neq; cibũ ipertiẽti gratias agebat: vna erat ad omnes eadẽq; plena funeribus vlulatibus responsio: & maxime sacrificiorũ celebritatibus. Per septem itaq; annos & quq; mẽses eadem verborũ series idem vocis sonus. Mansit itaq; indefessus tanto tempore vbi obsidio cœpit eadẽ ille vociferari destitit quasi cessari oporteret denũciationẽ cũ adessent quę fuerãt denunciata. Sed vbi cœpit flãma vrbem pariter & templũ inuoluere circumiẽs murũ clamare cœpit iterũve ciuitati & populo & templo. Et ad postremũ addidit ve etiã mihi & fundibulari ictu in eadẽ voce emisit spiritũ. ¶ Vrbem etiã cũ templo vetustis etiã litteris scriptũ erat tũc p iturã: cũ tetragonũ templũ factũ fuisset. Itaq; siue obliti: siue obstupefacti ingruẽtiũ malorum necessitate: vbi occupata est Antonia tetragonũ in circuitu templi fecerũt. ¶ Int⁹ q; illud pcellẽtissimũ quod in litterisęque vetustis (quas sacras vocabãt) manebat impressum: q; secũdũ illud tempus futurus esset vir: qui de regione eorum imperium assumeret in orbem terrarum Quæ res eos in tanto furore posuit: vt sibi non solum libertatem: sed etiam regnum pollicerẽtur. Id alii ad Vespasianũ referendũ putarũt: pudentiores ad dominũ IESVM q; secũdũ carnẽ genitus ex Maria: regnũ suũ per vniuersum mundum diffudit. Tantis itaq; rebus manẽtib⁹ non potuerũt cauere: q̃d diuinitus decernebatur. Manifestum enim dei in se cognoscẽtes iram ad consolatiõis alicuius remediũ pringere renuerunt: tanta sceleris obnubilatio mẽtiũ oculos obduxerat. ¶ Desperatis siquidẽ & eorũ rebus: auctor tuibarũ Eleazarus inter cętera diffidẽtię verba abiectiõis sue a deo sic cõquestus ẽ. O miseri ad quã spẽ istius vitę nos reseruamus? Esto Li.v.c.liiii.

hostis ignoscat: ꝗd pderit cũ dei offensa clara sit! ignes ab hostẽ nos versi: mutata vẽtorũ flãina flãmę retorte: vt nostra subsidia demerent! Quis poterit aduersãte deo viuere! nullus venię locus: sed manifestũ volũtariæ mortis impiũ. Quid.n. nox interuenit nisi vt nos hostis nõ ię veniret nec deusto murali præsidio cõtinuo irrũperet: sed vt nobis exercendę mutuę necis tempus reseruaret! liceretq; cũ liberis nostris & necessitudinibus mori: ne viderem⁹ anhelos senes anusq; a Romanis ptrahi: charissimas cõiuges ad victoris libidinem rapi: Cõmoriamur patrię ne simus superstites tanti dedecoris opprobrio. Quo igit̃ fugiemus a facie dei: aut quo ibimus infenso nobis cœli domino! Si cadant super nos montes & cõcauis specubus abscondãt: quomodo tamen poterimus declinare indignationem tantę potestatis! quo enim progrediemur vbi non sit deus: cũ ipse vbiq; sit! An mediocria exempla sunt qbus doceamur q; iandudũ genti nostræ pro peccatis nostris: infestus qui ante præsidebat! Quis hoc dubitet cũ videat q; in nos cõuersæ manus nostræ sint: pluresq; seditio domestica q̃ bellũ extinxerit. Nõ donabo Romanis q; vicerint: nec ipsi sibi hoc vendicant: q sciunt q; omnes fere nostris potius armis q̃ alienis perierimus: quiq; Romana arma viderũt cæsaream inhabitantes iudæi: quorũ feriato die sabbati inter solẽnes nostrorũ sacrorũ cultus multitudo gentiliũ cęsarienſiũ repentino quodã impetu & misso desuper furore succẽsa. xx. millia deleuit: omnes fugauit: vt totam vrbem exianiret. Nonne syriam totã qdem impleuit dementia: vt iudæi atq; gentiles in hisdem vrbibus siti & incolat⁹ gratia sibi prius nexi: postea inter se armis colliderent quo Romanis vadũ futurę victoriæ constitueret! Nam quid de Scithopoli loquar quo iudæi primo contenderant: vt gentilem populũ præuenirent: ne qd aduersus nostros exemplo cæterarũ vrbiũ machinaretur Itaq; quos par fuit coniunctos aduersum alienigenas viribus bello decernere: Hæc econtrario aduersum se iudæi decertauerũt: vt pars eorũ aduersus cognatos & proximos suos proeliaret. Deinde ipsi pro precio laboris: & impensi sanguinis a gentilibus pimer ent: qd prohibuerũt fieri ipsi gẽtibus: Damasceni nulla existente causa octo millia iudęorũ strauerũt: Ascalonitę duo millia quingentos. In vbe quoq; cui Ptolomais nomen cæsa duo millia. Alexandriæ vero vet⁹ erat odiũ inter iudæos & gentiũ populos ex quo magnus Alexãder vsus ẽ studio iudæorũ ad ægyptios subiiciendos: vnde cõdita vrbe ex ęquo iudæis & ęgyptiis attributa priuilegia & habitationes diuersæ: ne eorũ cultus pmisceret q purificationes suas sine vlla volebant cõtagiõe seruare. Hinc frequẽtes inter eos cõflictus fuere: exorta iurgia: iudiciũ petitũ. Nihil tamen extanti regis temeratũ liquet fuisse beneficiis: sed post a gentilibus exorto tumultu: cũ iudæorũ necati aliqui: alii ad pœnam detinerentur iniuria: motu iudæorum populum aduersum auctores iniuriæ insurrexisse & cum pertinacius se de ciuibus vltum iri vellent inductum exercitum Romanum qui sexaginta iudæorum millia intra vrbem fuderit. Verum qd in leuioribus moror cũ excidiũ totius vrbis in vnius ciuitatis ruina deplorãdũ nobis sit! Vbi est maxima ciuitas Hierusalem: vbi decora Sion: vbi templũ mirabile: vbi secundũ illud tabernaculũ: sanctitatis sacratiũ: quo semel in anno solus priceps sacerdotũ solebat intrare nõ sine sanguine quẽ pro se offerret & populi delicto. Prohanatũ gentibus habitant in reliquis vrbis q eã destruxerũt. Vbi inq̃ es ciuitas referta populis: venerabilis regibus: acceptabilis deo gratię sedes! Pauimẽta tua de marmore: parietes tui fulgentes marmore: Culmina tua præcioso spendebãt marmore. Portæ tuæ micãtes auro: alię argento renitentes. Omnes interfecti & q te iugiter inhabitabant: & qui ad te ex totius orbis terratũ partibus cõueniebant: vt non dubiũ sit totũ in te mũdum p iisse. Nudata omnia: culminibus cremata: a fundamentis diruta. facta est habitatio tua deserta: nec ẽ q in tabernaculis inhabitet & adhuc quẽq̃ viuere libet & nõ vixisse pœnitet! Duri oculiq hęc videre possunt: immites animiq vel possunt q; tãtis supsint doloribꝰ: nõ q; de fecerint clades: sed q; iam nulla reges. Quo.n. circunferamus oculos aut qd decernere delectet: vrbs tota sepulchrũ mortuorũ est: solę spectantibus occurrũt fauillæ: viæ vacuæ viuentiũ: repletæ cadaueribus: Miseri seniores cinerulenta cãiciæ & scisso amictu supra reliquas mortuorũ sedẽt

nuda tegẽtes ossa quo defendãt a volatilib⁹ ac bestiis. Mulieres paucæ incolumes quas miles impius a d turpitudinem non ad vitã seruauerit. Quis hæc videns & de cõpendinatione viuẽdi cogitãs audeat ad cœlũ leuare oculos! Quis sic immemor patrię: hostis suorũ pietatis alienus: expers dulcedinis: cuius tam semiuiri sit mollis spiritus! Quis ita meticulosus quem non pudeat his reseruatum! Vtinam qdẽ olim defuncti essemus aut si vita superesset oculorũ lumẽ periisset priusq̃ sanctã vrbem dirutã hostiũ manibus intueremur: templũq; hoc a maiorib⁹ nostris sacratũ deo tã impie flãmis cremari: aut sacerdotes in templo conspiceremus iacere interfectos. Emẽdemus ergo: q; his supuiximus malis: vt videamur non vitæ studio detulisse mortẽ sed virtutis intẽtione. Circũuallauit hostis omne munimentũ: nil superest nisi: aut nos: aut cõiuges nostræ. Iam sibi filios nostros in auctione cõstituũt: certãt q; inter se: qs cuius abducat vxorem: vtrũ pro dignitatũ meritis personarũve ordinibus distribuendæ sint: an sortitus subire cogendi miserabiles: nobis quoq; parant prodigia pœnarũ: tormẽta exqsitissima: nõ solũ ardentes flãmæ: aut diuersæ neces victricis ictu securis. Duro quidem post vincula: post carcerẽ: post iugũ supplicio: sed tolerabiliore viris si ludibrio vacet: sed etiã auulsi artus viuentibus & pcipue truncatę manus. Nec immerito: qa defuerũt suo muneri cũ possent sibi subuenire. Subeundi quoq; motus ferarũ ad victorũ spectaculũ qd diuersis iam celebrat arenis vrbiũ vel exẽplo nobis debet esse pudẽdũ vel visu miserabile: vt reseruemur: aut bestiis aut fratribus pliaturi. Et id genus plena diffidentiæ & desperationis: alia multa ex qbus oĩbus eũ iudæi sibi manifeste iratũ ex rerũ euentibus deũ cognouissent: non sicut deũ glorificauerũt aut gratias egerũt sed euanuerũt in cogitationibus suis: & obscuratũ est insipiens cor eorũ: & eũ qui ad oues tãtũ domus Israel pditas venerat oderũt: odientes crucifixerũt: & gloriam resurrectionis euacuare moliti sunt. Nam si cognouissent rei adeo nequaq̃ extitissent. Vnde ipse de eis dñs: si nõ venissem & locut⁹ eis fuissẽ peccatũ nõ haberẽt. Nũc autẽ & viderũt & oderũt & me & patrẽ meũ. Cognouerũt sigdẽ ex parte qũo & dęmões dicẽtes scim⁹ q; sis filij⁹ dei: vidẽtes mirabilia: & audiẽtes mirabiliora: sed nõ cognouerũt rei veritatẽ: qa duricordes detrectauerunt credere. Si.n. credẽtes vere cognouissent: nũq̃ dñm glorię (vt ait Paul⁹) crucifixissent. Hic ppheta Cognouit bos possessorẽ suũ: & asinus pſæpe dñi sui: Israel autẽ me nõ cognouit. Quid p bouẽ nisi pdicator sanct⁹ qsq; intelligit in semine verbi dei illaborãs! qd p asinũ nisi brutus gẽtiũ ppls designat q audiẽs pastoris cuiuslibet pdicationẽ mox ad pſępe dñi cucurrit: vt pabulo verbi dei adhęreret. ¶ Bene autẽ post quadragita & duos visitatiõis suę ãnos: Israel a terra repromissiõis exterminat: qa post quadragita egressiõis ab egypto ãnos i eã itroduct⁹ phibet i qb⁹ duas decalogi lapideas secũdo suscepit tabulas p quas pfigurat biẽniũ ad euersiõis numerũ destinatũ in qbus etiã maxime notãda est ęnei serpentis exaltatio: cui⁹ respectu qsq; moribũdus vitę restituebat. Sicut enim illo temporis spacio: & manna pasti sunt: & per mediatorem Moysem legẽ tabulis descriptã lapideis acceperũt: & q in articulo mortis serpentẽ nõ respexerũt exaltatum perierũt: sic intra hoc euersionis tẽpus verũ manna vnde dictũ fuerat. Ego sum panis viuus q descendi de cœlo: &c. haurire salubriter renuentes: verumq; mediatorem CHRISTVM IESVM de quo præcinebat pphetam vobis suscitabit domin⁹ deus vester de fratrib⁹ vestris tã q̃ me ipsum audietis: quẽ si qs nõ audierit exterminabit̃ de populo suo: Eiusq; legalia in se ipso vera petra descripta seq dissimulantes: exaltatum in cruce: & a mortuis surrexisse sub articulo miserrimę euersionis credere respuentes a terra repromissionis exterminati pierũt vt populus ille q sedebat in tenebris & habitabat in regione vmbræ mortis lucẽ ęternã vidẽs resurectiõis in eã cũ plenitudine sua introeat: & sic reliquiæ israel saluę fiant quatenus ex duob⁹ parietib⁹ vna cõserat in resurrectione ecclesia p illum lapidẽ angularẽ qui faciet vtraq; vnũ: dominum nostrũ CHRISTVM IESVM qui viuit & regnat in sæcula sæculorũ: Amen.

Clauditur Anacephaleosis

Sequũtur tabulæ concordiarũ

Tabula prima Concordantiarum.

Egesippi de euer.		Josephi de bello iud.		Josephi De antiquitatib.	
Li.	Cap.	Li.	Ca.	Lib.	Ca.
1	1	1	1	12	6.7
1	2	1	1.2	12	8
1	3	1	3	13	1
1	4	1	4	13	13
1	5	1	4	13	14
1	6	1	5	13	15
1	7	1	6.7	13	17
1	8	1	8	13	18
1	9	1	9	13	19
1	10	1	10	13	20
1	11	1	11	13	21
1	12	1	11	13	22
1	13	1	11	14	1
1	14	1	12	14	2.3.4.
1	15	1	13	14	4.5.6.7
1	16	1	14.15	14	8
1	17	1	16	14	8.9.
1	18	1	16.17	14	10
1	19	1	17	14	11.12.
1	20	1	18	14	13
1	21	1	19.20	14	14.15
1	22	1	20	14	16
1	23	1	20	14	16
1	24	1	20	14	17.18
1	25	1	21	14	18.19.20
1	26	1	22	14	20
1	27	1	23.24	14	21.22
1	28	1	24	14	23
1	29	1	25	14	24.25
1	30	1	26	14	26.27
1	31	1	27	15	4.5.
1	32	1	27	15	6
1	33	1	27	15	7
1	34	1	27	15	8
1	35	1	27	15	9.10.11
1	36	1	27	15	3
1	37	1	27	15	2.3
1	38	1	27	16	1.8.9.
1	39	1	27	16	9
1	40	1	27	16	13
1	41	1	27	16	17.19.20
1	42	1	27	17	1.2.3.4.
1	43	1	27	17	5
1	44	1	27	17	5.6.7
1	45	1	27	17	8.9.10
1	46	1	27	17	11.12

Tabula secunda concordantiarum

Egesippi de euer.		Josephi de bello iudaico		Josephi De antiquitatib.	
Lib.	Ca.	Lib.	Cap.	Lib.	Ca.
2	1	2	1	17	16
2	2	2	2	17	17.18
2	3	2	3	18	7 8.9
2	4	0	0	18	10.14.
2	5	2	3.4.	18	15.16
2	5	2	4.5.	19	12
2	6	2	9.10	20	15.16
2	7	2	11	20	17
2	8	2	11.12.14.16	20	18.19.20
2	9	2	17	0	0
2	10	2	18.19.20.	20	22
2	11	2	21.24.25	0	0
2	12	0	0	0	0
2	13	0	0	20	22
2	14	2	26.27	Vnculus Judaice cladis historiæ in antiquitatū libris Josephus complexus est.	
2	15	2	28.29.		
1	16	2	30		
2	17	2	21		
2	18	2	22		

Tabula tertia.

Egesippi		Josephi de bel. iu.	
Li.	Ca.	Lib	Ca.
3	1	3	1
3	2	0	0
3	3	3	1
3	4	3	1
3	5	3	2
3	6	3	3
3	7	3	4
3	8	3	5.7.8.9
3	9	3	10
3	10	3	11
3	11	3	12.13
3	12	3	14.16.
3	13	3	18
3	14	3	19
3	15	3	20.21
3	16	3	21
3	17.	3	21
3	18	3	22
3	19	3	23
3	20	3	24
3	21	3	25
3	22	3	26 27
3	23	3	27
3	24	3	28
3	25	3	28.29
3	26	3	30
3	27	3	30
3	28.	3	31 32

Tabula.IIII.Cōcordātiarū.

Egesippi de euer.		Josephi de bello iud	
Lib.	Ca.	Lib.	Ca.
4	1	4	1.2
4	2	4	3
4	3	4	5.6
4	4	4	7.4
4	5	0	0
4	6	4	8.9
4	7	4	9
4	8	4	10
4	9	4	11
4	10	5	1
4	11	5	2
4	12	5	3
4	13	5	4.5.
4	14	5	6
4	15	5	7
4	16	5	8
4	17	5	8
4	18	5	9
4	19	5	10
4	20	5	11
4	21	5	12
4	22	5	13
4	23	5	13
4	24	5	14
4	25	5	15.16
4	26	5	17
4	27	5	18
4	28	5	18
4	29	5	19
4	30	5	19
4	31	5	19
4	32	5	19
4	33	5	20

Tabula.V.cōcordātiarū

Egesippi de euer.		Josephi de bello iudaico	
Lib.	Ca.	Lib.	Cap.
5	1	6	1.2
5	2	0	0
5	3	6	3
5	4	6	4
5	5	6	5
5	6	6	6.7
5	7	6	7
5	8	6	8.10.
5	9	6	8.9
5	10	6	10
5	11	6	11.12
5	12	6	12.13.14
5	13	6	15
5	14	6	16
5	15	6	17
5	16	6	18
5	17	6	19
5	18	6	20
5	19	6	21
5	20	6	21
5	21	6	22.23.24
5	22	6	25.26
5	23	0	0
5	24	6	27
5	25	7	27
5	26	6	28
5	27	7	1
5	28	7	2
5	29	7	2
5	30	7	3
5	31	7	4
5	32	7	5
5	33	0	0
5	34.	7	5
5	35	7	6
5	36	7	7
5	37	7	8
5	38	7	9
5	39	7	10
5	40	7	11.12
5	41	7	13
5	42	0	0
5	43.	7	14.15.
5	44	7	16
5	45	7	17
5	46	7	19
5	47	7	19
5	48	7	20.22
51	49	7	23
5	50	7	24.25.29
5	51	7	42
5	52	7	35
5	53	7	43.44
5	54.	7	45.
5	55	7	46

ASCENSIVS AD LECTORES.

Habes itaq; lector ſtudioſe hiſtoriam luculentã in quinq; libros diſtinctã cũ Anacephaleoſi:& Tabellis dexterrimo Lodoueñ. Antiſtitis auſpicio & vigili Stapuleñ. ac Hamelburgii ſtudio: noſtraq; quãtula eſt opella ad dei optimi gloriã: legentiũq; vtilitatẽ cõſummatã in ædibus noſtris: quę ſunt Parrhiſiis in via regia ad diuũ Iacobũ ſupra ędẽ diui Benedicti: e regione Craticulæ: ſub tribus Lupis ſeu Luciis aquatilibus.

ANNO SALVTIS HVMANAE DECIMO SVPRA .M.D. AD NONAS IVNIAS.

UNIVERSITARIA DE GRANADA